





DISPUTATIO JURIDICA
DE
DISPENSATIONIBUS,

Quam

SUPREMO FAVENTE NUMINE
PRÆSIDENTE

VIRO

NOBILI, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. GREGORIO BICCIO,
J.U.D. CELEBERRIMO, INCLUTÆ
UNIVERSITATIS ARGENTORATENSIIUM.
Pandectarum Professore Publico gravissimo,
meritissimoq;

Dn. Patrono, Promotore & Præceptore suo sempiterno honoris
& observantiæ cultu prosequendo,

SOLENNIS EXERCITII GRATIA,
amicabili disquisitioni submittit

JOHANNES MELCHIOR SAX,
NORIMBERGENSIS.

*In Auditorio maiori
ad d. M. Novemb.*

Anno clō 1ō cXLVIII.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

15

1648, 1.

19.





AD MODUM MAGNIFICIS,
STRENUIS, NOBILISSIMIS, PRUDENTIA,
Dignitate, Auctoritate & Meritis in Patriam
Eminentissimis,

DUUM - TRIUM - SEPTENVIRIS,
LIBERÆ ET IMPERIALIS REIPUBLICÆ
NORIMBERGENSIUM Gravissimis,
Sapientissimis,

DN. CHRISTOPHORO SCHNEIDER
ab Haimendorff/ in Wolckersdorff.

DN. HULDERICO GUNDSCHEN.

DN. GEORGIO ABRAHAMO PÄMNER.

DN. GEORGIO ALBERTO HALLER
ab Hallerstein.

DN. JOHANNI WILHELMO KRESSI
à Kressenstein.

DN. BURCHARDO KÖPPELHÖRST
à Kohlberg.

DN. GEORGIO IN HOFF.

DOMINIS, PATRONIS, ET FAVORIBVS
summâ animi observantiâ devotè colendis.

Patriam





S. P.

Patriam, Patres Patria, alterum
DEUM esse, cui nos post communissimum, sum-
mumq; benefactorem totos dare, & in qua omnia
nostra ponere, & quasi consecrare debemus, nemo,
nisi avegetus, & quem vel ipsi Tauroscytha barbarum, ipse
fera ferum debeant appellare, negabit. Loquitur hoc ipsum
ipsissima natura, ut patriam, qua una omnes omnium propin-
quorum charitates complectitur, etiam parentibus, quibus de jure
naturæ obsequium, cultum & honorem, ceteraq; charitatis offi-
cia debemus, anteponamus, adeo, ut si patria & parentes in pu-
erantiam venire contingat, & alterutrum deserendum sit, jus-
turale & æquitas, qua patriæ cultum & amorem tuetur, po-
tius parentes posthabendos, quam Patriam suadeat. Et rectissi-
mè quidem, attestante itidem Imp. Justiniano nostro, cujus hæc
in parte meminisse quoque profuerit: dum filio Patrem ex cau-
sa perduellionis vel de crimine læsæ Majestatis sine metu exhe-
redationis reum facere permittit: dum ad hujus similitudi-
nem delationes servorum, quæ regulariter ex ratione adducta
a Paulo Jcto non audiuntur, contra dominos concedit: dum de-
nique ex hac ipsa instituta accusatione feudum Vasallum non
amittere communiter statuunt Doctores, Patriam majorem &
antiquiorem parentem confitentes. Huic igitur unumquemq; in-
finitum devinctum esse, quis non animadvertit? Natura
certè peregrinus foret, qui eam affectione competente prosequi
operaq; ac ministerio, quantum unicuique concessum, juvare
denegaret, maxime, cum hæc ratione nemo de suis se bonis libe-
ralem esse jactare possit, sed tunc demum suum, quod debet, tri-
buat Patria. Et hanc Patria commendationem æquissimam
humilimi desiderij mei causam complecti existimo, ut hæc
): (2 vice

vix Magnifica Vestra Nobilitatis conspectum venerari tantum fiducia mihi natum sit. Norimberga enim, cum mea cunabula, meusque locus natalis sit; ibi, cum infantia mea vagierit; istius terram cum tetigerim, aëremque primum hauserim, adeoque omnia ab eadem, mediantibus Parentibus meis venerandis, acceperim, ingratus mortalium essem, nisi Patria me principaliter restituerem, & fidelitatem, debitaque servitutis obsequium reponerem, cum illa tueatur & amet suos, sed vicissim amari cupiat. In signum igitur ferventis humilissimae subjectionis erga Magnificam Nobilitatem Vestram devotionis & fidelitatis meae nunquam satis astimanda Disputationem hanc Vobis Patribus Patria, pro eâ, quâ par est, observantiâ, atque animi submissione offero, etiam atque etiam rogans, ut eandem pro summâ eâ, quâ potestis, gravitate, & singulari, quâ polletis, humanitate, serenâ fronte accipiatis, tenuitatemque meam qualem qualem, nascendi conditionem sanctissimè semper habituram, Magnifica Vestra Nobilitati commendatam habeatis: DEUM insuper ardentissimis votis & suspiriis ex intimis cordis penetrabilibus proficiscentibus defatigans, ut is pro ineffabili sua clementia Rempubl. vestram, Patriam charissimam & τὸ κοινὸν τῆς γῆς ἐργασθεῖον, teste Lymnao, in illo sanctissimarum legum tenore, obedientiâ civium, vigorem publicorum, tum privatorum, exterorum denique admiratione, vel, si virtutem honorare nesciunt, invidia, ad usque mundi decretorium diem perennare velit. Dabam Argentorati 16. Novembr. 1648.

Magnificæ Vestrae Nobilitati

subiectissimus Cliens

Author & Respondens.



I. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO JURIDICA,

De

DISPENSATIONIBUS.

PROOEMIUM.



Um quæstiones de Dispensationibus in jure frequentes sint, de iis autem ab Authoribus plerisque non nisi sparsim hætenùs tractatum fuerit, Dispensationis materiam methodicè colligere, eandemq; paulò accuratiùs examinare visum fuit. Hunc scopum autem ut assequi valeamus, DEUM TER OPT. MAX. pro divinâ, quâ hanc ad rem opus habemus, illuminatione, manibus, Imperatoris exemplo, ad cœlum erectis, humilimè invocamus.

CAPUT I.

De

DEFINITIONE.

Positio I.

Tractatio autem hæc nostra commodissimè dispescitur in generalem & specialem.

2. Generalis complectitur definitionem & divisionem.

De priori hoc capite.

3. Est autem ea vel nominis vel rei.

4. Illa iterùm vel Etymologica, vel Synonymica, vel Homonymica.

5. Etymologia Dispensationis à dis, i. e. diversa, & pensare, quod

A

quod à frequentativo verbi pendere, i. e. ponderare, æstimare, descendit.

6. Estque hujus vocabuli origo ab antiquo gravis æris appendendi more. Ante usum enim signatorum nummorum (quos alii Janum, alii Saturnum primùm percussisse volunt. Hillig. ad Donell. lib. 13. c. 23. lit. H. Alii in primo mundi millenario Thubal Caino tribuunt, propterea, quod dicatur Genes. 4. vers. 22. malleator in cuncto opere æris & ferri. Alii in secundo mundi millenario, & quidem post diluvium, Nohe attribuant. Aleman. in proleg. de jur. monet. Alii ad Tharen patrem Abrahæ referunt. Alber. de Roseate in l. 1. ff. de contrah. empt. n. 1. & in diction. suo, in verbo: Moneta) Veteres pecuniæ loco, auro, argento, aliòve ære usi, id soluturi non numerabant, sed appendebant. C. I. A. 0. 2. de Compens. Obrecht. lib. 1. Diss. 14. 0. 2. Hillig. ad Donell. lib. 14. comment. c. 15. lit. A. Treutl. lib. 1. Dissut. 25. 0. 7. lit. b.

7. Unde Dispensare nihil aliud est, quam in unâ lance diversa appendere, sive diversa discretè pensare, & in animo, utrum relaxatio juris expediat, versare. gl. in can. requiritis. 5. ca. 1. q. 7. vers. ut plerisque. Curt. Sen. consil. 16. n. 18. & consil. 73. n. 26. Petr. Ant. de Petra de potest. Princip. c. 27. n. 27. Specul. aliàs Wilhelmus Duranti Episcopus Minatensis sub Rubric. de Dispensat.

8. Namque omnia, quæ Dispensationem requirunt, pensare debet is, qui Dispensare vult. gl. d. loc.

9. Dicitur autem, quoad Synonymiam i. communiter additâ præpositione Dispensatio. can. Dispensatio. 5. distinct. 43. can. quod pro remedio. 7. can. didici. 15. ca. 1. q. 7. & alibi passim.

10. 2. Absque præpositione humana quædam pensatio. can. tanta nequitia. 11. d. ca. 1. q. 7.

11. 3. Apostolicæ sedis moderamen, sive temperatio. can. necessaria. 6. ca. 1. q. 7. Add. l. 15. de negot. gest.

12. Hinc Vasq. scriptum reliquit, quod ea legis interpretatio, quæ ex vera & intima ejus mente contra ipsius verbi significationem à Superiore fit, appelletur Dispensatio, quasi vera dispositio & temperatio inter proprietatem sermonis legalis, & legis mentem, quæ inter se dissidere videbantur, lib. 1. illustr. controvers. cap. 25. n. 7.

13. 4. Dicitur relaxatio. d. can. necessaria. 6. & can. & si illa. 23. d. c. 1. q. 7.

14. 5. Con



14. 5. Concessio iusta ex miseratione, & piâ lenitate. *can. si qui vel temeritate. 12. can. donatum. 20. d. c. 1. q. 7.*

15. 6. Remissio ex consideratione certarum causarum. *d. can. donatum. 20. Grivel. decis. Nolan. 89. n. 20.*

16. 7. Indulgentia & gratia. *d. can. didici. 15. Besold. de jurib. Majest. cap. 4.*

17. Et denique 8. tolerantia. *can. quoties. 9. can. tali conjugio.*

17. *can. exigunt. 18. can. si quis Episcopus. 22. d. c. 1. q. 7.*

18. Ubi sciendum, quod per tolerantiam Principis non simplex intelligenda sit, quæ Dispensatio non est. Petr. Anton. de Petr. de fideicom. quest. 12. n. 112. sed quæ cum patientia actum affirmativum concurrentem habet, ut quia Princeps, v.g. utatur in officio alicujus operâ, dispensatio erit. Ruin. consil. 85. n. 9. lib. 4.

19. Ratio: quoniam Dispensatio non inducitur per actum negativum, qui consistit in pati, exempli gratiâ: si Superior bannitum simpliciter toleravit, eumque in locis Jurisdictionis suæ stare passus fuit, per hoc illi securitatem non dedisse censetur: quamvis aliud sit, quando consisteret in agere. Cum actus negativus non sit ejus potentiæ ad inducendum consensum, prout affirmativus. Gratian. tom. 2. discept. forens. c. 209. n. 33. Surd. consil. 270. n. 18. & seqq. ubi ait: quod sit probanda scientia, & quod debeat esse tolerantia diutina.

20. Unde Gutierrez: Dissimulatio Principis effectum Dispensationis habet, si scil. expressum hoc fuerit, Canon. Quest. lib. 2. cap. 15. n. 99.

21. Et operatur hæc tolerantia Superioris, quæ tacita quædam censetur Dispensatio, Sanchez. de matrim. Sacram. tom. 3. lib. 8. Diss. 4. n. 26. non obstante, quod sit circa actum à jure reprobatum, contra juris regulas, & inducit jus in oppositum. Raudens. resp. 50. num. 9. lib. 1.

22. Ceterum Dispensatio, quoad vocis Homonymiam, variè in jure & à Dd. accipitur, & 1. quidem pro præstatione alimentorum, aliorumque ad exhibitionem pupilli vel adolescentis necessariorum. *auth. novissime. C. de administr. tutor. & curat. & Nov. 72. c. 7.*

23. 2. Dispensator in jure servus appellatur, quem Dominus præposuit Kalendario, i.e. credendis & exigendis pecuniis, sive qui familiæ rationes dispensat, peculiique administrationem habet.

bet. l. 51. l. 62. de solut. l. 1. in f. pr. de aur. argent. & c. l. 166. & l. 203. de V. S.
Covarruv. 4. decret. p. 2. c. 6. §. 9. n. 1.

24. Per Dispensatores itaque olim nomina faciebant, ut
apparet ex l. ult. §. 4. ff. de V. O.

25. Hincque, qui Principis pecunias curant, thesaurorum-
que administrationem gerunt, in Constitutionibus Dispensatores
appellantur. l. 1. C. si advers. fisc. & Cod. Theodos. de his, qui cum Dispens.
contrah. Calvin. in Lex. in vocab. Dispensator.

26. Nos autem, missis his significationibus, eas attingemus,
quæ, ut potiores & propinquiores, propositum nostrum magis
spectant: sicque Dispensatio vel generaliter, vel specialiter accipi-
tur. Joh. del. Castell. lib. 4. quotid. controvers. c. 22. n. 133. Molin. de iust.
& iur. tom. 5. Disp. 57. n. 2. col. 3145.

27. Generaliter iterum duobus modis. Uno modo pro ju-
ris interpretatione, ne in casu quodam particulari, propter justam
causam aliquam occurrerem, locum habeat. Barbos. p. 2. Rubr. n. 104.
ff. Sol. Matrim. Calvin. in Lex. in vocab. Dispensatio, ubi inquit: Di-
spensationem *καταχρηστικῶς* sumi pro juris declaratione per cap. 23.
Extr. de iurejur.

28. Secundo modo, quando Superior gratiam legis, cano-
nisve facit. Zas. ad l. 31. pr. ff. de legib. Vel jus commune aliquo mo-
do relaxat. Barbos. d. p. 2. Rubr. n. 103.

29. Et hoc modo quælibet legitimatio, quamvis ampla,
Dispensatio dicitur. cap. per venerabilem. 13. Extr. qui fil. sint. legit.

30. Sicque vocabula hæc multoties confunduntur, & quo-
tidie Dispensatione pro legitimatione utimur. Joh. del Castell.
d. num. 133.

31. Condonandum etenim aliquid est, atque indulgendum
commoditati loquendi, & consuetudini, quamlibet disciplinam
profitentium. Covarr. 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 9. n. 1.

32. Quamvis aliàs legitimatio facta per verbum: Dispen-
samus, regulariter non sit proprie legitimatio, sed Dispensatio. De-
cian. resp. 19. n. 65. Vol. 1.

33. Cum à proprietate verborum non facile recedendum
sit. Peregr. consil. 1. n. 16. tom. 3.

34. Specialiter & strictè verò Dispensare est, sine exemplo
contra jus alicui subvenire. arg. l. 1. ff. de Constit. Princip. observatis
tamen



tamen aliis hujus specialitatis circumstantiis, de quibus in seqq. patebit.

35. Hocque intuitu Dominus legum vocatur Princeps, ut Christus Sabbathi à Deo instituti. *Besold. de jur. Majest. d. c. 4. n. 7.*

36. Hisque ita præmissis realis nunc definitio Dispensationis sequitur, quæ varia apud Authores reperitur. Germanicorum *Consil. tom. 3. consil. 3. q. 6. n. 13.* definitur: quod sit gratia dependens à sola voluntate Pontificis, quæ statim ut Pontifex eam concedit, perfecta est.

37. Speculator Dispensationem, inquit, esse providam juris communis relaxationem, utilitate sive necessitate pensatâ. Vels Dispensationem esse rigoris juris per eum, ad quem spectat, canonicè factam relaxationem, *sub Rubr. de Dispensat.*

38. *Glossa in can. requiritis. 5. ca. 1. q. 7. vers. ut plerisque &c.* ita definit: quod Dispensatio sit juris communis relaxatio, cum causæ cognitione, ab eo, qui jus dispensandi habet, quam sequuntur *Vasq. illustr. controvers. c. 27. n. 3. Curt. Sen. consil. 16. n. 17. Petr. Anton. de Petr. de potest. Princ. c. 27. n. 26.*

39. Albericus Gentilis: Dispensare, inquit, nihil aliud est, quam obligationem legis ab actu, stantibus omnibus conditionibus, secundum quas actus cadebat in legem, remove, *lib. 5. de Nupt. cap. 10. in fin.*

40. *Besoldus* hanc Dispensationis definitionem exstruxit, quam, si genus excipias, utpote perfectæ proximam, & definiti naturam plenè exhaurientem, nostram faciemus, quod scilicet Dispensatio sit jus regale (sive potius exercitium seu actus ejusdem:) quo lege in genere, ejusque vigore atque ratione manente, ipsius in levioribus, aut in iis, quæ non per se, sed ob prohibitionem tantùm mala sunt, in particulari casu, certisque personis, ex justa sufficientique causa fit relaxatio, *de Regal. c. 2. n. 1.*

41. Et hæc definitio, cum sit causalis, petita ab efficiente, materiâ, & formâ, merito ejus explicationem ad sequentem causarum tractationem differimus, ex quâ res ipsa clarior fiet.



CAPUT II.
DE
DIVISIONE.

42. Sequuntur nunc Dispensationum Divisiones, quarum prima ita à Dd. relata est, quod Dispensatio vel sit debita, vel prohibita, vel concessa, vel permessa.

43. Dispensatio debita est, ubi multorum strages jacet, & de scandalo timetur. *can. 25. dist. 50. cap. 4. Extr. de Cler. excomm. depos. vel interd. & c. cap. 11. Extr. de Transact. cap. 5. Extr. de tempor. ordin.*

44. Fitque debita vel ratione temporis, vel personæ, vel pietatis, vel necessitatis, vel pro eventu rei, uti sigillatim probatur in *can. requiritis. 5. & seqq. d. caus. 1. q. 7. cap. 33. Extr. de Prebend. can. 1. & 2. dist. 29.*

45. Prohibita est, quæ non potest fieri sine decoloratione status Ecclesiæ, & ubicunq; non subest justa causa dispensandi. *can. 23. d. c. 1. q. 7. cap. innotuit. 20. Extr. de Elect.*

46. Concessa Dispensatio est, ubicunque à jure, justa causâ occurrente, conceditur. *Specul. sub Rubr. de Dispensat.*

47. Permissa dicitur, cum per patientiam aliquid, etiam contradicente adversario, toleratur, quod si deductum fuisset in iudicium, exigente justitiâ non debuisset tolerari. *Specul. d. loc.*

48. Et de hâc dicitur: Permittimus, quod nolentes præcipimus, quia pravam hominum voluntatem ad plenum prohibere non possumus. *can. hâc ratione. 9. c. 31. q. 1.*

49. Item permittuntur mala fieri, ne sequantur pejora. *cap. 2. Extr. de Sponsal.*

50. Vocaturque comparativa permissio seu tolerantia. *cap. 18. Extr. de prebend. quæ non jubetur. can. apostolus. 3. c. 37. q. 7. Specul. sub rubr. de Dispensat.*

51. Secunda Divisio est, quod Dispensatio sit vel collativa, vel restitutiva. Illa est, quæ fit, quoad quid futurum, v. g. ut quis patri ab intestato succedere possit. *Petr. Anton. de Petr. de fideicom. q. 11. n. 239. vers. septima sit conclusio & c. Vel si quis legitimatur quoad honores & dignitates. Gail. lib. 2. observ. 142. n. 17.*

52. Hæc verò fit, ut ex retrò: quando videlicet quis restituitur antiquis natalibus, quia per eam efficitur verè legitimus. *Ruin. consil.*



16
confil. 86. n. 6. lib. 3. Roland. à Vall. confil. 27. n. 15. Vol. 4. Gratian. tom. 7.
disc. forens. c. 496. n. 30.

53. Unde quando fit Dispensatio collativa, tunc ratione
subjectæ materiæ verbum: legitimavit, potest exponi pro: Dispen-
savit, ex quo legitimatur non plenè, sed quoad quid. Gratian.
d. loc. num. 31.

54. Tertio dividitur Dispensatio, quod alia sit ex justitiâ,
alia ex gratia. Vasq. lib. 1. illustr. controvers. c. 25. n. 9.

55. Illa secundum prædictum Vas. d. c. 25. n. 11. est mentalis
legis declaratio, & n. 8. tradit, quod sit opus necessitatis, non volun-
tatis, nec cum quibusdam tantùm, sed cum omnibus fieri debeat,
nec in quibusdam tantùm casibus, sed in omnibus, in quibus par
ratio invenitur.

56. Proptereaque ad Jurisdictionem (scilicet ex mente In-
terpretum latè usurpatam) refertur, quæ est potestas publica cum
necessitate juris dicendi. Vasq. d. c. 25. n. 9.

57. Cum enim non raro eveniat, ut leges, quæ in communi
utiles sunt, quibusdam in casibus, aut temporibus, vel locis, aut à
quibusdam personis observari non expediat, Princeps & Magistra-
tus tunc ex justitiâ dispensare tenentur.

58. Quia dubium nullum est, leges ad civium utilitatem,
non autem ad eorundem læsionem promulgari. l. 1. & 2. ff. de legib.
can. erit autem lex. 2. dist. 4.

59. Unde quam primùm incipiunt esse noxiæ, licet non de-
finant, donec abrogentur, vim legis quidem habere: earum execu-
tio tamen interea cessat, & impeditur. l. un. pr. C. de cad. toll. l. 6. §. 2.
ff. de jur. Patron.

60. Dispensatio ex gratia est, quam Princeps liberrimè er-
ga unum potest exercere, & erga alium omittere, puta legitimare,
natalibus restituere & similia. Vasq. d. loc.

61. Hinc quartò dividi potest Dispensatio, quæ tamen di-
visio coincidit cum priori, quod alia sit voluntaria, alia necessaria
sive rationabilis. Speculat. sub Rubric. de Dispensat.

CAP.



CAPUT III.
DE
THEORIA DISPENSATIONIS,
ET IN SPECIE

DE CAUSIS EXTERNIS, EFFL-
ciente & Fine.

62. Specialis contemplatio Dispensationis absolvitur Con-
sentaneis, & Dissentaneis.
63. Consentanea considerant Dispensationem cum quoad
se, tum quoad affinia.
64. Dispensatio, quoad se consideranda est tum ut intro-
ducenda & peragenda, tum ut introducta & peracta.
65. Ut introducenda & peragenda inquirendum est in cau-
sas, quæ vel sunt externæ, vel internæ:
66. Causa externa alia est efficiens, alia finalis.
67. Efficiens alia est principalis, alia minùs principalis.
68. Principalis iterum vel est remota, vel propinqua, vel
proxima.
69. Causa remota Dispensationis concernit originem &
jura, unde ea dependet.
70. Originem quod attinet rectè ea refertur ad DEUM
TER OPT. MAX. cujus vestigia hâc in parte summi Principes
& Magistratus, ceu ejusdem in terris vicarii, presserunt.
71. Fatetur id ipsum Speculator *sub Rubric. de Dispensat.* ubi
scribit: Dispensationis remedium originem traxisse ab eo, qui ex
solâ misericordiâ & Dispensatione universa creavit, & ea homini
subjecit. l. 28. §. 1. ff. de usur. & fructib. §. 37. l. de rer. divis. qui in suble-
quentibus nonnulla exempla divinarum Dispensationum afferre
conatur, quorum tamen pleraque minùs quadrare videntur, scili-
cet, quod ex Dispensatione salvaverit Noha & filios ejus, cum unus
illorum, videlicet Cham, reprobus esset; quod Dispensatione libe-
raverit Abraham à Chaldæis; item quod ex indulgentia Loth de So-
doma, ut & de captivitate Gentilium; Jacobum de manu Esau; Mo-
sen

Sen de multis periculis; Filios Israel de fornace ferrea, ut & de babilonica captivitate, & quæ sunt ejus generis alia.

72. Nec subscribere possumus Ferdinando Vasquio, qui in *illustrib. controvers. lib. 1. c. 27. n. 3.* hæc divinæ Dispensationis exempla adducit; v. gr. in decalogo vetitum esse homicidium, sed in hoc præcepto DEUM malefactorem vindicem dispensasse cum Abrahamo, ut charissimum filium immolaret. *Genes. 22.* & cum Samsonne, ut sese cum Philistæis occideret. *Jud. 16.* Et cum Eleazare, qui ab Elephante, quem occidit, oppressus occubuit. *1. Maccab. 6.* Dispensasse item DEUM super præcepto de fornicatione & de furto, dum Osee præcepit, ut uxorem fornicariam acciperet. *Ose. 1.* & filiis Israel, ut Ægyptiorum vasa surriperent. *Exod. 11.* Dispensasse itidem super præcepto de Sabbatho sanctificando, dum Maccabæis fuerit permissum, ut Sabbathum non servarent, sed in eo pugnarent. *1. Maccab. 2.* Quæ exempla ad Dispensationis materiam non pertinere, ea que potius per legitimam præceptorum interpretationem, quam peculiarem indulgentiam licuisse ostendit Ludov. Molin. *tom. 5. de 1. & 1. n. 7. p. 3155. & seq.*

73. Propius ad rem accedere videntur illi, qui summos Principes in Dispensatione pœnarum ad divinam longanimitatem, & ad infligendas pœnas tarditatem respexisseprehenderunt. Cognoverunt siquidem, DEUM sæpiusculè pœnas peccatorum atrocitate promeritas, imò quandoque per internuncios Prophetas hominibus indictas atque annunciatas extra ordinem aut ad tempus distulisse, aut prorsus remisisse, adeoq; ex beneplacito cum quibusdam dispensasse.

74. Sic hominibus antediluvianis, novissima peccatorum atrocitate promeritis, ad pœnitentiam centum & viginti annos dedit. *Genes. 6. vers. 3.*

75. Sic in habitatoribus Sodomæ, Gomorræ & reliquarum trium urbium parciturus erat Deus, si in illis decem tantum justi invenirentur. *Genes. 18. v. 32.* quam veniam extra ordinem concessam frustra sibi aliæ urbes vitiorum labe infectæ pollicerentur.

76. Sic impio Regi Achabo, quo in cultu idolorum nullus Principum par, ne dicam, superior fuit, & cui DEUS per Prophetam Eliam præsentissimam sui suorumque perniciem & intereptionem annunciaverat, interveniente ejusdem humiliatione, gratia

B

con.



concessa, & malum interminatum usque in dies filii sui dilatatum
fuit. 1. Reg. 21. vers. 29.

77. Idem piissimo Regi Hiskia evenisse ex Sacris constat,
cui ob commissum peccatum poena direptionis thesaurorum, ut &
abductionis liberorum in captivitatem babylonicam indicta qui-
dem, sed & concessa pace, concordiaq; ad dies vitæ, dilata fuit. 2.
Reg. 20. vers. 17. 18. 19.

78. Agnoscit dubio procul extraordinariam hanc dispen-
sationem Imp. Justinianus & suis temporibus contigisse, dum gra-
tâ mente deprædicat, DEUM tot tantasq; liberalitates in se expli-
cuisse, quantas nulli majorum unquam dederit. Nov. 28. c. 4. in f.

79. Pari ratione constat summo Magistratui in gradibus
cognitionum & affinitatum à se prohibitis Dispensandi occasio-
nem subministratam fuisse, quod in Sacris legerent, ipsum DEUM
quandoque necessitatis, quandoque majoris mali evitandi gratiâ
circa matrimonia nonnulla permisisse, quæ vel cum primævâ ejus
institutione pugnant, vel etiam lege divinâ & naturali prohi-
bita essent.

80. Ita licet conjunctioni fratrum & sororum tanquam
divinæ legi morali contrariæ DEUS maledixerit Deuter. 27. vers. 22.
eamque tanquam nefariam prohibuerit, & capitis supplicio coër-
cendam præceperit. Levit. 20. vers. 17. Levit. 18. vers. 9. eandem tamen
compellente necessitate (dum post primam copulam viri facti ex
pulvere & conjugis ejus ex viri latere marium, fœminarumq; con-
junctione opus haberet, ut genus humanum gignendo multiplica-
retur, nec ulli essent homines, nisi qui ex duobus illis nati fuissent)
inter filios Adami tolerasse patet, ita ut dubitandum non sit, quin
justa & DEO placencia conjugia fuerint, quod ipsum exemplum
Abrahami sororem consanguineam uxorem habentis satis evin-
cere videtur. Genes. 20. vers. 12. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 2.
ampl. 19. n. 41.

81. Sic quoque quamvis Polygamia jure divino ex prima
videlicet matrimonii institutione damnata sit. Genes. 2. v. 24. DEUM
tamen quoad eandem in Patriarchis cõnivere voluisse post multos
allegatos ostendit C. I. A. lib. 23. tit. 2. §. 24. quibus addi possunt Harp.
§. 1. l. de P. P. n. 31. & seqq. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disput. 6. §. 7. lit. 6.
& ad §. 6. l. de Nupt. Alex. ab Alexand. lib. 1. Genial. dier. c. 24. Sutholtz
disp. 2.

disput. 2. §. 14. Nobilis atque Consultissimus Dn. Conrad. Rittersh.
Universitatis Altdorffinae antecessor celeberrimus *ad tit. 1. de Nupt.*
p. 61. Amplissimus & Excellentissimus Dn. Kob. Praeceptor ac Patro-
nus summâ observantiâ colendus *in comment. ad Inst. tit. de Nupt.*

82. Similiter ratione dissolutionis matrimoniorum Divi-
nam Majestatem dispensasse videmus cum Judæis, quibus contra
naturæ jus, & institutionem conjugii propter duritiem cordium
legem per Mosen tulerat, ut uxores suas etiam ob non satis justas
offensiones majoris mali vitandi gratiâ repudiarent. *Matth. 19. &*
Marc. 10. Arnif. de jur. connub. c. 6. sect. 2. n. 15. & seq. Mynsing. ad §. f. 1.
de jur. nat. gent. & civ. n. 6. & 7.

83. Hinc nullum dubium existit, quin homines (cum
DEUM TER OPT. MAX. tot in casibus salvis nihilominus integris
que ejusdem præceptis divinis manentibus dispensasse perspexe-
rint:) cum hominibus quoque dispensare possint, cum omnis ejus
actio nostra debeat esse instructio. *can. exemplum. 12. ca. 12. q. 1. nec fa-*
mulus debeat esse avarus, ubi largus Dispensator invenitur Domi-
nus. Specul. sub Rubr. de Dispensat. vers. originem autem. & c.

84. Unde etiam Principes qui jure hoc Dispensandi gau-
dent titulum *Wir von Gottes Gnaden* / in omnibus diplomatibus
atque rescriptis præfigere solent, ut exinde appareat, quod DE I
gratia per dignitatum altitudinem tanquam specula circa commis-
sas sibi plebes sint constituti, adeoque universum hoc secundum
leges & actiones divinas gubernent. *argum. Proverb. 8. vers. 14. & seq.*
Luc. 22. vers. 25.

85. Jura Dispensationis, ex quibus ea dependet, sunt vel
Majestatis, ut in Imperatore, Regibus, Principibus & alium supe-
riorem non recognoscentibus; vel Regalium, ut in Principibus Im-
perii & aliis; vel privilegii, ut in Comitibus Palatinis.

86. Licet enim Dispensatio, tanquam jus regale, in Consti-
tutione Friderici I. non comprehendatur, attamen cum multa re-
periantur, quæ regalium serie continentur, nec in d. Constit. enu-
merantur, secundum Sixtin. *de regal. in proam. n. 9. & c. 2. n. 34. meri-*
to & hanc juri majorum regalium, tanquam signum supremæ præ-
eminentiæ, & potestatis Reipub. tuendæ gratia competens adscri-
bendam censemus.

87. Causa efficiens principalis ostendit, quisnam possit di-
spensare

spensare. Sciendum igitur, quod contra leges sola dispenset Majestas. Pruckm. *de regal. §. soluta potestas. fol. 215. & 238.*

88. Majestas enim sola ut leges interpretatur, ita in casu singulari contra eas dispensat. *l. 1. & l. ult. C. de legib.*

89. Cumque in hac vis summæ potestatis, tanquam divina aliqua, maximè enitescat, eam juris severi acrimoniam inflectere non inconueniens erit. *l. 4. ff. de pœn.*

90. Hæcque remissio venialis aded ad superioritatem spectat, ut cum Carolus V. Imp. Mediolanensi Principi potestatem ferè regiam concesserit: delictorum tamen veniam largiri, aut literas salvi conductus criminum reis dare, exceperit. Besold. *de iurib. Majest. c. 4. pr. Conrad. von Einsidel de regal. c. 22. n. 66. p. 191. & seqq.*

91. Hinc inferior quispiam, v.gr. Episcopus contra jus statuere nihil potest. *Zaf. consil. 15. n. 37. lib. 1.*

92. Et lege cautum est, ut nemo iudicum, semel iudicata mutare queat. *l. 14. l. 55. l. 62. de re iudic. cum lege clementior esse ne iudex quidem possit. Nov. 82. c. 10. Sincelthaus. Observ. 49. n. 7.*

93. Viderentur enim eorum sententiæ corruptæ, si legibus sint mitiores. Menoch. *de arbitr. iud. quest. 96. lib. 1.* simulque varias hæc ratione incurrerent pœnas. Redderent enim se n. conscios criminis. *can. negligere. 55. caus. 2. q. 7.* 2. eadem punirentur pœnâ, quâ delinquens puniri debebat. *l. f. C. ne sanct. baptis. iteret. l. 1. §. 2. l. 6. C. de Pagan. & sacrific.* 3. efficerentur quoque infames. *l. 8. §. 2. C. ad L. Iul. de vi publ. & denique 4. amissione bonorum plecterentur. Cothm. resp. 2. n. 73. & seqq. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 12. Carpzov. in prax. crim. p. 3. q. 42. n. 15.*

94. Etsi enim facti quæstio in arbitrio iudicantis sit, pœnâ tamen persecutio legis authoritati reservatur. Besold. *d. c. 4. n. 2.*

95. Quod autem de Majestate dictum id intelligendum de Principe superiotem non agnoscente, aut Imperii jura saltem exercente. *Cod. Fabr. lib. 1. tit. 9. def. 17. Trentacinq. var. resol. tom. ult. tit. de solut. resol. 1. & seq.*

96. Sicque Pontifici competit. Spin. à Cacer. *in spec. testam. gl. 15. num. 86.*

97. Dico Pontifici, non quâ tali: hæc enim ratione omnia Jura Majestatis & Regalia ipsi denegantur propter dictum Salvatoris: Reges gentium dominantur, & qui potestatem habent super eas,



cas, benefici vocantur: VOS AUTEM NON SIC. *Matth. 20. vers. 25. Marc. 10. vers. 42. Luc. 22. vers. 25.*

98. Aded ut ne ea quidem jura, quæ à Jure Canonico, tanquam generali Episcopo & summo Pontifici ipsi tribuuntur, quæ regalia & præminentia Papales vocantur à Pruckm. *d. rr. de regal. c. 3. n. 1.* & enumerantur à gl. *in cap. 1. verb. pertineant. Extr. de translat. Episcop. & cap. 4. verbo. reservata. Extr. de offic. legat.* ipsi competant. Nobilis, Amplissimus & Consultissimus Dn. Ludvvell. Præceptor atque Patronus jugi reverentia amorisq; cultu æternum suspiciendus *in Synops. jur. Feud. c. 13.*

99. Sed quatenus est Princeps secularis. Hâc ratione enim, si eundem consideraverimus, Dispensatio ipsi concedenda erit, cum & ipsi, postquam ex liberalitate Imperatorum multas ditiones summâ & absolutâ potestate possideat, nec earum ratione ullum superiorem recognoscat, cetera regalia non denegentur. *Vult. l. 1. de Feud. c. 5. Conradi von Einsidel. de Regal. c. 1. à n. 33. usq; ad n. 57.*

100. Idem dicendum de Episcopis videtur, ut quatenus Principes & Status Imperii considerantur, eisdem Dispensatio competat, argum. eorum, quæ jam dicta sunt. *Cævall. comm. contra. comm. q. 227. Anton. Corset. Sicul. in singul. verbo: Dispensatio.*

101. Sic certum est quod Principes, aliiq; Germaniæ Status dispensare possint. *Besold. consil. 199. n. 16.*

102. Licet enim nonnulli tradant, quod inferiores Principes, puta Marchiones & Comites, Imperatoris privilegio vel præscriptione jus restituendi natalibus sibi arrogare non possint: hodiernis tamen moribus, cum latior sit Imperii ordinum potestas, quam ea, quæ olim Præfectis Prætorio, Proconsulibus & Præsidibus competeat, merito Imperii nostri Proceres (qui amplissimâ & regali ferè propriis in ditionibus utuntur potestate) subditos legitimationis remedio ad dignitates & bona eorum in territoriis existentia habiles aptosq; reddere possunt, ut sentit *Castrens. consil. 34. pr. n. 1. & 2. lib. 2. quem sequitur Petr Wesenb. consil. 18. qui consil. 23. n. 15. eleganter annotat: quod ejusmodi Principes tantum possint, quantum Imperator in Imperio.*

103. Eo enim ipso, dum de Regalibus omnibus investiuntur, licet in generali sermone dispensandi potestatem non contineri velit *Gutierrez. Canon. quest. lib. 1. c. 19. n. 15.* jus tamen gratiæ in-

vim Dispensationis consequi dicuntur. Petr. Theodor. in *Coll. crim. Disp. 10. §. 7. lit. B.*

104. Notandum tamen, quod hoc loco de personis dictum, quod Dispensatio nonnullis ex his recensitis competat vel jure proprio *arg. l. 5. de Jurisdic. Vel jure alieno, nimirum beneficio ejus, qui superiorem non recognoscit, arg. eorum, quæ habet Vult. 1. de Feud. c. 5. n. 6. & 7.*

105. Et quod superior quandoque in faciendâ Dispensatione jura inferioris per contractum ipsi competentia minuere aut non potest, aut non debet.

106. Quoniam Jurisdictionis mutare formam non est cuiquam permillum. *l. 13. C. de restam.*

107. Imperatorque Romanus, licet parem nullum habeat super terram, sed summitas & caput omnium hominum sit secundum Dn. Rittersh. in *partit. feudal. lib. 1. c. 5. n. 15.* adeoque Dominus orbis dicatur. *l. 9. de L. Rhod. de jact.*

108. Ei tamen, qui in territorio alicujus Imperii Status deliquit, impunitatem concedere non potest, cum Status privativè in concessis, non cumulativè sint investiti, nec in exercitio Jurisdictionis impediri possint. Bocer. *de Jurisd. c. 8. n. 34. & seqq. & in class. part. post. cl. 5. disp. 10. n. 68. & disp. 15. n. 28.* Besold. *d. disp. de jurib. Majest. n. 4.* ubi addit: Quod quamvis Imperator habeat Majestatem, & veniam dare sit Majestatis; Imperatorem tamen conveniat ita jus hoc usurpare, ne impediatur & auferatur jus inferioris, cui per contractum id concessum fuit.

109. Quâ ex re duo notabiliter colligere licet. Primum est, quod quando Dispensatio personæ requiritur respectu rei, ille dispensare debeat, qui rem sibi subjectam habet, respectu cujus Dispensatio requiritur. Grivel. *decis. Dolan. 32. n. 7.*

110. Alterum, quod inhabilis habitatus ad aliquid non efficiatur habilis, nisi intra territorium habitantis. Habitatio enim est actus Jurisdictionis: Jurisdictio autem & ejus exercitium extra territorium non porrigitur. *l. fin. ff. de Jurisdic.*

111. Atque idè legitimatus ab uno Principe non est legitimus nisi quoad ea, quæ illius Jurisdictioni subsunt, proptereaque hereditatem extra territorium legitimantis sitam non capit. Grivel. *d. loc.*

112. Cau-



112. Causa efficiens principalis proxima Dispensationis est mera voluntas dispensantis, à qua omnis gratia unice pendere solet: ergò si dispensator non vult, non tenetur. Cavalcan. lib. 5. de delict. decis. 32. n. 10.

113. Superioris igitur voluntas cum primis erit attendenda, non scientia & voluntas privatorum, cum Dispensatio à Superioris voluntate, ut dictum, dependeat. Molinæ. ad reg. cancel. 18. n. 152. Curt. Sen. consil. 73. n. 26.

114. Nisi impetrata fuerit per tertium quendam nullum speciale mandatum habentem: tunc enim effectum non citius sortitur Dispensatio, quàm fuerit ratificata arg. Nov. 89. n. 9. & 11.

115. Hinc, licet fortè causa concessionis post impetratam Dispensationem extingatur & tollatur, non tamen tollitur Dispensatio ipsa, neque extinguitur ejus effectus.

116. Quia Dispensatio ex solâ voluntate Principis profecta, non extinguitur, licet deveniat ad eum casum, à quo incipere non posset. argum. l. 85. §. 1. de R. I. German. Consil. tom. 3. consil. 3. quest. 16. num. 14. & 15.

117. Causa efficiens minùs principalis à jure approbata, vel saltem jure non expressè prohibita, est vel impulsiva, quæ Superiorem ad dispensandum in casu proposito inducere potis est, vel instrumentalis.

118. Impulsiva causa legitima prima est: NECESSITAS. can. necessaria. 6. can. quoniam. 13. ca. 1. q. 7.

119. Quemadmodum & aliàs evenire solet, ut ex causa necessitatis recedamus à regulis juris communis, cum necessitas legem non habeat. Litem. 10. §. 1. ff. Commun. divid.

120. Et licitum faciat id, quod aliàs licitum non erat. l. 7. pr. ff. de administr. & peric. tutor. l. qui potuerint. 27. ff. de manum. testa. v. gr. licet regulariter bona majoratus ex testatoris dispositione nec alienari possint, nec dividi, fallit tamen si alienatio fuerit necessaria. Vasq. illustr. controv. lib. 3. c. 90. n. 12.

121. Sic res quæ subjacent restitutioni regulariter quidem prohibentur alienari vel obligari, exceptio tamen est in casu necessitatis, si liberis portio legitima non sufficiat ad dotis sive donationis propter nuptias obligationem. Nov. 39. c. 1. auth. res quæ: C. comm. delegat. & fideicom. ubi Anton. de Padilla. Paul. Christinæ. Vol. 5. decis. Belgis.

Belgic. Nicol. Intrigliol. *de substit. cent. 3. q. 73.* Francisc. de Barrii. *tr. de successione. lib. 8. tit. 3. n. 24. & 26.*

122. Sic mulier bona ex testamento sibi debita, & vivo adhuc dum marito alienata revocare nequit, si necessitatis nimirum intuitu maritus alienaverit. Amplissimus & Excellentissimus Dn. Ludvvell. *in tr. de vit. volunt. part. general. c. 4.*

123. Ita quoque res sacrae & religiosae nullo modo in obligationem deduci possunt: ex necessitate tamen oppignorantur. *c. 1. cap. 1. Extr. de pignor. ubi gl. in verbo: necessitate.* Dn. Conrad. Rittersh. *de differ. jur. Civ. & Can. l. 7. c. 14.* Mindan. *de interdict. c. 1. qui causas alienationis rerum Ecclesiasticarum septem numerat.*

124. Ex eadem ratione testes per se inhabiles, & aliam non admittendi, recte testimonium perhibent, si veritas aliter haberi non possit. *l. 8. §. 6. C. de repud. l. 5. §. 6. ff. de remilit. l. 9. de quest. Farinac. de testib. lib. 2. tit. 6. q. 26.* tunc enim in subsidium admittuntur exemplo *cap. 10. Extr. de V. S.* Nobilis, Amplissimus, Consultissimus atque Excellentissimus Dn. Praeses, Fautor, Praeceptor atque Patronus summam animi observantia colendus *in reb. quotid. sect. 5. §. 137. n. 5.*

125. Secunda causa, quae Principem ad Dispensandum compellere solet est UTILITAS PUBLICA. *can. tali. 17. ca. 1 q. 7.* ob quam multa aliam prohibita permitti solent. *arg. l. 52. vers. multa. ff. ad L. Aquil. Bender. de revision. conclus. 20. n. 53. & conclus. 22. n. 30. Gail. lib. 2. observ. 32. n. 7. & O. 56. n. 1. & seq.*

126. Hujus rei exemplum habemus in confraternitatibus, & pactis successoriis illustrium personarum & familiarum, de quibus late disserunt Bethius *de pact. illustr. famil. Boer. decis. 355.* Gratian. *de cif. Marchia. 216.* Disp. Basil. *vol. 1. disp. 14.* Marth. *p. 1. claus. 185.* & quarum praecipua exempla attingit praedictus Amplissimus & Excellentissimus Dn. Praeses *in reb. quotid. in preloq. §. ult. lit. W. n. 1.*

127. Nam quamvis jure communi de hereditate pacisci fas non sit. *l. pactum. 15. l. licet. 19. l. fin. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. l. 1. & 3. ff. de hered. petit. l. 3. §. 2. ff. pro socio. l. 17. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. 4. C. de inutil. stipul.* & aliis recensitis ab Amplissimo quondam hujus Universitatis antecessore Casparo Bitschio *in peculiari Disp. Anno. 1627. de quest. an pactis dari possit hereditas? habita.*

128. Quia

128. Quia ejusmodi pacta sunt contra bonos mores, & adi-
munt liberam testandi facultatem. *d. l. 15. C. de pact.*

129. Adeoque improbus esse censetur, qui de viventis he-
reditate cogitat. *l. 2. §. interdum. 2. ff. de vulgar. & pupil. substit.*

130. Cum præmatura spes hereditatis sit viventis ejus, de cu-
jus bonis quæritur. *l. 1. §. si impubere. 21. ff. de collat. bonor. Nobilis
& Excellentissimus. Dn. Ludvvell. d. tr. de ult. volunt. part. gener. c. 3.*

131. Attamen propter publicam utilitatem & conservatio-
nem illustrium familiarum, imò etiam propter privatorum com-
modum, ne scilicet alienis & peregrinis Dominis subjiciantur, hu-
jusmodi pacta Imperator tuetur ac confirmat, ut videre est ex for-
mula confirmationis in pacto confraternitatis Illustriss. Sax. DD. &
LL. Hassiæ. Theodor. Reinking. *de Regim. l. 1. cl. 3. c. 12. n. 46. Schrad.
ad tit. 1. de adopt. n. 35. Amplissimus Dn. Præses in dict. reb. quotid. sect. 3.
d. 66. lit. ii. inf. Schurf. consil. 70. cent. 3.*

132. Et hæc ratione quoque Ganerbinatus, de quo inte-
grum tractatum scripsit Kylingerus, sustinetur. Wehner. *in observ.
Pract. ad vocab. Gan. Erben.* cum nihil aliud sit, quàm quædam fra-
ternitas certis pactis, & mutuz plerumque successionis legibus in-
ter nobiles quosdam ad hoc inita, ut se suasque facultates in castro
communi contra vim & incursiones hostium conjunctis viribus
tueantur. Besold. *in Thesaur. Pract. ad vocab. Gan. Erben.*

133. Sic quoque Unio prolium moribus propter utilitatem
publicam contra jus Civile introducta est. Forster. *consil. Marpurg.
d. num. 10. vol. 3.* Ist nur durch einen Gebrauch/ vnd allein in Teutsch-
land/ doch auch nicht allenthalben/ sondern nur in etlichen wenig Chur-
vnd Fürstenthumben/ Herrschafften vnd Stätten/ als den Erbstifften
Mainz vnd Trier; Fürstenthumb: Sülch/ Würzburg vnd Wirtenberg;
Graffschafften: Nassau/ Solms/ Hanaw 2c. Stättē: Worms/ Franck-
furt/ Heylbrunn/ Freyburg eingeführt worden/ ut monet Fichard.
consil. German. 89. n. 2. Quemadmodum & illa sive consuetudo, sive
statutum Provinciale, daß wann die Mutter den Vater erlebt/ vnd
dieselbe sich widerumb verheurathet/ so hat sie einen Rindsheil. Meich-
ner. *decis. 6. tom. 4. n. 51. Ricc. de Union. prol. c. 7. n. 104. & seqq. utilitate
publicâ suffulcitur.* Cui affine jus Franconicum, quod heredita-
tem in tres partes dividit, quarum duæ debentur liberis loco legi-
timæ, tertia apud Parentem superstitem manet. Wehner. *in observ.
Pract. fol. 109. & cons. Francon. 97. n. 6. & cons. 105.*

C

134. Quo-



134. Quoties igitur utilitas publica flagitat, Imperator de plenitudine potestatis, & in quibus opus est, consensu Electorum, vel etiam omnium Imperii Statuum interveniente, omnia jura, statuta, privilegia, pacta & fœdera, quæ dictæ utilitati adversantur, tollit. R. A. zu Wormbs de Anno 1521. sub tit. Ordnung des Landfriedens etc. S. Wir setzen auch hindan alle vnd jegliche Gnad/ Privilegien/ Freyheit/ Herkommen/ Bündnuß vnnnd Pflicht/ auß Römischer Kayserlicher Macht vnd vollkōmenheit. R. A. zu Augspurg de Anno 1530. S. Vnd nach dem Wir in vnsern/ etc. *ibi*: Vnd ob einige obangezeigte, Obrigkeit/ Statt oder Flecken/ Freyheiten oder Privilegien diesem zuwider vnd entgegen hätten/ dieselben wollen wir derogirt/ vnd solches alles in diesem fall auffgehbt haben/ etc. & S. Vnd meinen/ setzen vnd wollen etc. *ibi*: vnangesehen aller anderer Abschied etc.

135. Sic utilitas publica iusta dispensandi causa erit, quoties à toto populo, aut parte ejus magna peccatur; quo casu cum delicta propter peccantium multitudinem in omnibus ordinariâ & legibus definitâ pœnâ vindicari, commodè non possint, aut pœnæ præscriptæ in aliam mitiorem commutabuntur, aut delicta plane inulta transibunt, divinæ ultioni & iudicio vindicanda commissa. *can. quoties. à populis. 14. ca. 1. q. 7.*

136. Quoad prius nempe commutationem pœnæ, apparet illud in banno Universitatis delinquentis. Nam licet Universitas, vel Communitas aut Civitas tota ob delictum contra pacem publicam commissum in bannū Imperiale declarari & denunciari possit. *Gail. lib. 2. de P. P. observ. 9 n. 1.* Plerumq; tamen pœna banni in pecuniariam convertitur, quando universitas ob delictum pacis publicæ condemnatur, idque ob innocentes pupillos, minores, mulieres, prægnantes fœminas & nascituros infantes, qui tempore delicti non extiterunt in rerum natura. *Gail. d. loc. n. 17. & seqq.*

137. Quoad posterius ex mente & hypothesi illorum, qui usuras simpliciter damnant (cum quibus tamen meum non conjungo suffragium, utpotè meliora edoctus ab Ampliss. & Excellentissimo Dn. Ludvvello *in not. ad. w. Wesenb. tit. de usur. verbu. prioris generis usurae. & C. I. A. lib. 22. tit. 1. q. 5. per tot. in primis n. 1. & 6.*) Imperatores Christiani usuras non permiserunt, tanquam licitas, sed pœnam in foro Civili remiserunt, & impunitas reliquerunt propter evitanda majora mala. *Barbos. p. 2. Rubr. n. 11. & seqq. ff. Sol. Matrim.*

138. Nec

138. Nec obstat, quod Princeps teneatur ex præcepto justitiæ abolere pravæ consuetudines subditorum ad peccata mortalia eos deducentes, quodque aliàs quasi consentiens peccato graviter peccet, per *tx. in can. error. 3. dist. 83. can. negligere. 55. ca. 2. q. 7. cap. 2. extr. de heret. & cap. 47. Extr. de sent. excomm.* Respondetur n. 1. quod Princeps, qui potest malas consuetudines abolere, & mores subditorum emendare atque reformare, si id negligat, quasi consentiens peccet. *cap. 1. Extr. de offic. & potest. jud. deleg.* Si tamen se id perficere posse desperet, ad evitanda majora mala dissimulare poterit. 2. Quando prædictæ consuetudines malæ possunt tolli absque scandalo, quod Princeps hoc facere teneatur: quando autem, nisi cum scandalo & periculo totius Reip. conjuncto tolli non possunt, tunc quamvis propter scandalum non sit omittenda veritas, ut probant text. supra allegati: tamen propter illud evitandum, id, quod est contra veritatem, dissimulari, remittiq; potest. *cap. 6. Extr. de consang. & affin. Barbof. d. loc. Bender. de revis. conclus. 20. n. 50.*

139. Tertio legitimam Dispensandi occasionem præbet cum Dispensantis, tum dispensatæ personæ qualitas. Illius quidem pietas, mansuetudo, & misericordia. *can. si qui. 12. can. exigunt. 18. caus. 1. q. 7.*

140. Quæ virtutes imprimis in iis elucere consueverunt, qui exemplo Lælii, rigiditatem exosi, remissioris animi homines esse malunt, de quo Seneca *epist. 11.*

141. Et hoc respectu non ineptè dicitur, dispensationem naturali ratione videri esse debitam, licet jus, per quod petatur, non sit proditum. *gl. in d. can. exigunt. 18. ca. 1. q. 7. lit. v.*

142. Cum non ignota eruditus sit obligatio minus plena, quæ scilicet existit ex solâ naturæ honestate, pudore & æquitate, qualis est obligatio ad *virtutes. l. 25. §. 11. de hered. petit. l. 54. §. 1. ff. de furt. quam attingit Excellentissimus Dn. Præses in rebus quotid. sect. 4. §. 3. in not. lit. a. pr.*

143. Et tralatitium sit, non omne id, quod quis pietatis ratione facere debet, etiam præcisè facere cogatur. *l. 5. §. 2. & 4. junct. §. 13. & seqq. ff. de agnosc. & alend. lib.*

144. Cum multa, etsi honestè præstentur, tamen à liberalitate procedant, non ex obligatione. *l. ult. C. de dot. promiss. l. 12. §. 13. ff. de administr. & peric. tut. C. l. A. l. 23. tit. 3. §. 5. n. 3.*

C 2

145. Sicut



145. Sicuti enim tenemur pauperi ad Eleemosynam, licet pauper eam cum effectu petere non valeat: Sic & ii ad Dispensationem tenentur, penes quos ea est potestas, licet ad petendam hanc actio non competat. *gl. d. loc.*

146. Hujus verò personæ nimirum dispensatæ, morum honestas, literarum artiumque scientia, vitæ virtus, & fama personæ multipliciter approbatæ, humilis confitentis devotio, quod spontè & humiliter suum confiteatur reatum, Principem maximè ad Dispensandum movere solet. *cap. 20. Extra de elect. & elect. potest.*

147. Item simplicitas cum senectute. *can. tanta nequitia. 11. ca. 1. quest. 7.*

148. Sic quoque disparitas conditionis personarum facultatem dispensandi imprimis in causis matrimonialibus quandoq; imponit. *Consil. Argent. cons. 50. n. 37. Vol. 1. Menoch. de presump. lib. 2. presump. 10. n. 39.*

149. Etsi enim Principem hæc causa potius à Dispensatione deterrere deberet, eò quòd ejusmodi matrimonium inter impares censeatur minus legitimum.

150. Item quod summa illa benevolentia concordia, & familiaritas, quæ beatitudinem quandam inter virum & uxorem parit, à conjugatorum inæqualitate & dissimilitudine destruat.

151. Attamen quod nonnullis in casibus hæc disparitas Principem ad dispensandum quoque movere debeat, fatendum videtur.

152. Unde licet vir Senatorius vel alia dignitate præditus olim ducere non poterat libertinam, scenicam, vel scenici filiam, tabernariam, lenonis aut arenarii filiam, vel judicio publico damnatam. *l. 23. 27. 31. 32. 43. §. 10. l. 44. 49. 58. ff. de rit. nupt.* Dubium tamen nullum, quin Princeps stante adhucdum hæc lege antiqua dispensare potuerit, maximè cum Imp. noster jure novissimo hoc ipsum penitus sustulerit. *Nov. 78. c. 3. Novell. 89. c. 15. & Nov. 117. c. 6.*

153. Nihilque obstat, quin Princeps in Senatoris filia, nepti & pronepti rectè dispense, ut ei, qui artem ludicram exercet, aut homini libertino nubere possit, quod tamen jure nostro Civili prohibetur. *l. 16. l. 34. §. fin. l. 42. §. fin. l. 44. pr. ff. de rit. nupt.*

154. Hinc ut liceat à majori ad minus argumentari, judicis arbitrio relinquitur, ut contra Statuta & Consuetudines opificum, sartor-

6
fartorum, futorum & aliorum; quibus regulariter tenentur ne quis
extra opificium ducat uxorem, sondern daß er muß in d; Ampe freyen/
valeat pro ratione circumstantiarum disponere. Georg. Schülz. in
Synops. Instit. tit. de Nupt. gl. b.

155. Causa minus principalis instrumentalis ostendit, per
quas nimirum personas mediatas commodè fieri atque etiam peti
possit Dispensatio. Ubi sciendum quod Episcopi, (ii scilicet qui
jure regali & territoriali destituuntur:) in omnibus casibus,
etiam in jure non expressis, nec eisdem concessis, rectè dispensent, si
specialiter hoc ipsum à Superiore iis commissum fuerit. Licet enim
regulariter Episcopus tantum in casibus à jure concessis, (quorum
Specul. ultra centum & septuaginta recenset sub tit. de Dispens.) in-
dubitare dispensare possit, & consequenter in ceteris prohibeatur,
arg. l. i. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. maximè cum astrictus sit; ca-
nones observare cap. 4. Extr. de jurejur. can. 13. ca. 25. q. 1. nec minor
possit superioris legem tollere. can. 1. dist. 10. tamen in his quoque,
si specialiter concessum fuerit, eos rectè dispensare posse, omnino
dicendum est, arg. eorum, quæ tradit Specul. sub d. rubr. de Dispens.

156. Idem sentiendum videtur de legatis, cum circa dispen-
sationes idem possint, quod Episcopi, & quivis ordinarii, utpotè
vices Domini in provincia sibi decreta gerentes, plenissimamque
post Principem in eâ potestatem habentes, proptereaque rectè di-
spensent in tantum, in quantum vis & privilegium eis specialiter
concesserit.

157. Dico: specialiter, cum aliàs ea, quæ inhærent officibus
summi Pontificis in generali delegatione non transeant, nec ma-
num apponere attentare debeant. cap. 4. extra de offic. legat.

158. Minus dubitandum erit de Comitibus Palatinis, qui-
bus Papa & Imperator plenitudinem suæ potestatis communicare
possunt, secundum Peregr. consil. 20. lib. 1. n. 1. licet hi eandem aliis
tribuere nequeant. Gratian. disc. for. c. 635. n. 39. nec in præjudicium
tertii quicquam facere. Decian. resp. 40. n. 27. & seqq. Vol. 3. Thesaur.
decis. 69. quod & hi dispensare possint, si in eorum privilegio spe-
cialis Dispensandi facultas expressa fuerit per tradita Tennin. caut.
147. num. 1.

159. Talesque dispensati à Comite autoritate Cæsaris, cen-
sentur Dispensati à Cæsare ipso. Peregr. d. consil. 20. n. 15. Gratian. disc.
for. c. 673. Beroius q. 60. & ibi. Mylius.



160. Estq; ejusmodi dispensandi potestas Comitibus concessa latè interpretanda tanquam favorabilis, quoniam 1. nulli fit præjudicium, cum dispensandi potestas conceditur, nisi soli concedenti, qui potestatem suam totam vel partem communicat: nec ejus, cui conceditur, reperitur aliquod odium, ac proinde, tanquam Principis beneficium, est latè interpretanda.

161. Deinde etiam quia odiosum non est, imò gratiosum, ut in dispensando quis Principis vice fungatur.

162. Et denique quia semper principale propositum inspiciendum est. *l. rogasti. 11. ff. si cert. petat.* at dum conceditur dispensandi facultas, principalis intentio est, favore quodam ac beneficio afficere eum, cui conceditur, non autem vulnerare jus commune, quod in consequentiam tantum venit: quare spectandum, ut Principis beneficium latè interpretemur.

163. Etsi enim causa mediata, nempe quatenus tendit ad vulnerandum jus commune, eximendo quempiam ab illius obligatione, possit esse odiosa, satis tamen est, ut immediata, i. e. liberalitas Principis, sit favorabilis. *arg. l. 10. §. 6. de vulg. & pup. subst.*

164. Maximè cum semper, uti jam dictum, principale propositum inspiciendum sit. Effectus autem odiosus in concessione potestatis hinc sola principalis intentio non est, sed unica & summa communicatio potestatis, quæ favorabilis. Sanchez. *in tr. de matr. Sacram. tom. 3. lib. 8. disp. 2. in pr.*

165. Prædicta tamen sententia declaratur 1. ut extendatur hæc potestas non indefinitè ad quoscunq; casus, sed ad casus quoquo modo adaptabiles casibus in potestate expressis. Felin. *c. f. n. 8. limit. 1. de simon.*

166. 2. Quando solùm agitur de præjudicio ipsius concedentis potestatem: secus quando ea concessio in tertii præjudicium vergit; tunc enim est restringenda potestas, cum Princeps censeatur vellet, quàm minimum possit, damnum tertio inferre. Felin. *cap. postulasti. n. 11. cas. 2. de rescript.*

167. 3. Temperatur quoque, nisi consuetudine inducta esset certa interpretatio in eâ materiâ: tunc enim restringenda est potestas dispensandi ratione ejus consuetudinis, ut caveatur scandalum. *cap. quod dilectio. 3. Extra de consang. & affin.*

168. 4. Ne facultas dispensandi absolutè concessa extendatur

16
datur ad dispensandum in jure naturali vel divino; cum enim in iis
ipse Pontifex vel Princeps alius dispensare nequeat, non censetur
eam potestatem transferre in aliquam commissionem: cum nemo plus
juris in alium transferre possit, quam ipse habet. *l. 55. de R.I.*

169. 5. Denique limitatur, ut tum late interpretatio fiat,
quando ea conceditur ad dispensandum cum personis non expres-
sis. At strictè intelligatur, ubi exprimuntur certæ personæ, cum
quibus est dispensandum. Ratio differentiae est, quod in priori ca-
su sit beneficium ac privilegium activum illius, qui dispensaturus
est & in ejus gratiam conferatur, ita ut meritò tanquam benefi-
cium Principis sit late exponendum. At in posteriori est privile-
gium passivum illius, cum quo dispensandum est, utpotè in ejus fa-
vorem concessum. Quare non est tam dispensandi facultas, quam
quasi dispensatio in esse producta solam executionem expectans,
ut colligitur ex *cap. si cui nulla. 36. de Præbend. in 6. Sanchez de ma-
trim. Sacram d. disput. 2. n. 2. & seqq. qui etiam disp. 27. & 28. latissime*
pertractat, quomodo hæc potestas delegata iterum finiatur, non
tantum morte & cessatione officii delegati: verum etiam morte &
cessatione officii delegantis.

170. Quod attinet personas, per quas peti potest Dispensa-
tio, sunt ex Procuratores, Parentes & quivis extranei, nullum etiam
speciale mandatum habentes, maximè, cum impetratur dispensatio
nulli præjudicialis. *arg. l. 6. Cod. de precib. Imp. offer. Barbof. de claus.
usu freq. cl. 35. n. 13.*

171. Quemadmodum enim parentes pro filiis illegitimis
absentibus & ignorantibus impetrare possunt legitimationis privi-
legium & restitutionem natalium. *Nov. 89. c. 9. vel etiam extraneus,*
de voluntate patris certioratus. *cap. 13. extr. qui fil. sint legit.* Ita mul-
tò magis pro liberis impetrare possunt Dispensationem, per quam
liberi legitimantur ad contrahendum matrimonium. *Germ. consil.
tam. 3. consil. 3. q. 7. n. 6. & seqq.*

172. Et probatur hæc assertio cum *ix. cap. si motu proprio. 23.
de præbend. in 6. c. nonnulli. 28. §. sunt & alij. de rescript. d. l. 6. C. de precib.
Imp. offer.* tum etiam ex disputatione communi Dd. an nimirum pri-
vilegium & dispensatio profit absentem à tempore concessionis, an à
tempore scientiæ: quæ controversia sanè frustranea esset, nisi tan-
quam

quam certum supponerent, posse eam ignorantibus impetrari & quocunque. Sanchez. de matrim. sacram. tom. 3. lib. 7. disp. 26.

173. Procedit tamen tunc demum hæc sententia, si liberi vel alii ejusmodi impetrationem ratam habuerint. *auth. quib. mod. natur. effic. sui. §. illud tamen. vers. generaliter autem.*

174. Tunc enim ejusmodi rati habitio retrotrahitur & mandato æquiparatur, etiamsi requisitum fuerit speciale mandatum. *l. 26. ff. de minor. Et tandem de primâ causâ efficiente externâ.*

175. Sequitur nunc altera, quæ dicitur causa finalis, quam, cum participet cum causa impulsiva, & partim etiam cum effectu, hic brevissimis tantum verbis attingemus. Finis igitur Dispensationis primarius respicit bonum publicum, ob quod & aliàs jure subtiliter excogitata insuper habentur, ut jam dum demonstratum. *l. 11. de prescript. verb. l. 12. de pignor.*

176. Ita ut Princeps huic privatum etiam commodum anteponat. *l. un. §. hac autem. 14. C. de cad. toll.*

177. Hocque apparet exinde, quando ad continendum vulgus in officio multitudini & rebellibus, rebus Reip. desperatis existentibus, parcit, aut privatas offensiones remittit. Tunc enim longanimitate hæc Princeps plurimum adjuvat publicam tranquillitatem. *Farinac. quest. crim. 6. n. 22. & 42.*

178. Quippè speciosius injuriæ beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinaciâ pensantur, cum is, qui injurias suas persequi cupit, dolori suo, non Reipub. commodis inserviat. *Richter. axiom. Polit. 132. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. disp. 10. §. 7. lit. B.*

179. Finis secundarius concernit Principis gloriam. Omnis enim Constitutio, quæ publicè utilis est, in Principis gloriam cedit. *l. humanum. 8. C. de legib.*

180. Et virtutum ocellus Munificentia, quâ Princeps ad DEUM accedit, splendorem ei adfert, Principique propriè competit. *l. pen. C. de donat. intr. vir. & uxor. l. 1. C. de Thesaur. Pruckm. ad §. soluta potestas. c. 4. n. 2. Eff. 7. n. 26. Tapia de Const. Princip. c. 4. n. 1.*

181. Quem vivis & mortuis prodesse decet. *Nov. 1. in Epil. & c.*

182. Hincque hæc clementia, Parentes populi fecit Augustum & Ludovicum XII. Regem Galliarum: hæc Liberatorem populi appellari fecit Herculem & Titum Flaminium; Hæc Antonium Pium hæc Trajanum Boni, hæc Aristidem Justi, hæc Salamonem Pacifici cognomine oravit. *Richt. d. axiom. Polit. 132.*

183. Ab-



CAPUT IV.

DE

CAUSIS INTERNIS, MATERIA ET FORMA,

ET IN SPECIE

DE

MATERIA SUBJECTIVA.

183. Absolutis Dispensationum causis externis, sequuntur nunc internæ, quæ sunt Materia & Forma.

184. Materia Dispensationum distinctè considerat tum subjectum scil. personas, tum objectum sive causas & negotia, in quibus ea locum habere possit & debeat. De priore hoc capite.

185. Subjectum Dispensationis est persona habilis, nec à jure reprobata, quia non omnibus, nec passim concedi debet, sed cognitione habitâ, an casu, vel datâ operâ delictum fuerit commissum. Te pat. *in compend. decis. tit. 45. de grat. delict. cap. 2. & c. 20.* ubi: quod Dispensationes non debeant fieri cum omnibus indifferenter pro delictis mutando pœnam corporalem in pecuniariam, sed cum his duntaxat, de quibus speratur, quod eadem crimina non amplius commissuri sint. *l. 3. in f. C. de Episc. aud. cap. 1. Extr. de Cler. percuss. Petr. Theodor. in Coll. crim. disp. 10. §. 7. lit. B.*

186. Proptereaquæ, lex instruit quærendum de personis, nùm sint legitimæ & habiles. *l. 4. qui testam. fac. poss. l. 14. in verbo: esse enim debet. ff. de iur. Codicill.*

187. Etenim defectus habilitatis est multum relevans, & reddit actum retrò nullum. *l. 24. C. de procurat.*

188. Rectè igitur Dispensatio in iis tantum personis fit, quæ, attentis illarum qualitatibus, eandem non sine ratione merentur: v. gr. faciliùs dispensatur in matrimonialibus cum illustri persona, quàm cum plebeia quadam: faciliùs cum personis in remotiori quàm propinquiori gradu conjunctis: faciliùs denique in affinibus, quàm cognatione conjunctis. Sanchez. *de matr. Sacr. tom. 3. disp. 19. n. 5. & 7.*

189. Secùs tamen quoad prius circa delicta observatur, cum

D

non

non sint curanda merita personarum, ubi de simplici iustitia quaeritur. Carpz. p. 3. prax. crim. q. 148. n. 39.

190. Sic quoad Dispensationem legitimationis sciendum, quod habilior sit simplex naturalis natus ex soluto & soluta, quam spurcius natus ex adulterio. Decian. resp. 88. n. 29. Vol. 2.

191. Præterea quoque respectu criminoforum rectè dispensatur cum Minoribus, seu in tenella ætate delinquentibus. Notissimum namque juris est, quod delicta absque dolo nec committantur, nec puniantur. l. 1. C. ad L. Corn. de Sic. l. 53. pr. ff. de furt. l. 33. de injur. & famos. libell. l. 23. §. 2. de edil. edict. Jam autem infantes doli capaces non sunt, sed quicquid agunt, ignorant, quod satis evincitur ex l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 12. ff. ad L. Corn. de Sic. Sequitur ergò, quod infantes absque dolo nec verè delinquant, nec ex delicto puniantur, cum innocentia consilii se tueri possint. d. l. 12. ff. ad L. Corn. de Sic. Carpz. d. p. 3. q. 143. n. 11. & 12.

192. Et hoc etiam obtinet in senibus, qui ætate defecti sunt, per l. 3. §. 7. ff. ad SC. Silan. Hi enim senes in ætate decrepita constituti, cum quoad mentis alienationem, & diminutionem sensus & intellectus similes sint pueris sive infantibus, qui ob doli carentiam ex delicto non obligantur per d. l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. adeoque equiparentur. Tiraq. in tr. de pœn. temp. caus. 8. n. 3. meritò ex identitate rationis, quæ eand. juris dispositionem facit. l. 32. ff. ad L. Aquil. Dispensationem obtinebunt. can. tanta. 24. dist. 86. Carpzov. d. p. 3. q. 144. n. 34. & 35.

193. Idemque procedit in reis valetudinariis, ut, si corporaliter puniendi sint, cum iis dispensetur, tum propter infirmitatem virium & corporis debilitatem, ob quam sustinentes pœnam corporalem, puta amputationem manus seu membri abscissionem, facile morientur, nec vivi remanent. arg. l. 3. §. 7. verbo: qui ætate defecti. ff. ad SC. Silan. Reusn. decis. 16. conclus. 71. lib. 2.

194. Cum pro dispensatione concedenda, causa horroris & justus dolor, qui semper cor premit, multum stringat. Farin. consil. crim. 121. n. 118.

195. Tum quoniam ejusmodi valetudinarii tormentis subijci nequeunt. d. l. 3. §. 7. Jul. Clar. in pract. §. ult. q. 64. n. 25. arg. Ordin. Crim. artic. 59. ibi: So der Bestlagte gefährliche Wunden/ oder andere Schäden an seinem Leib hätte/ so soll die peinliche Frag & dermassen gegen

ihm vorgenommen werden / damit er an solchen Wunden oder Schäden
am wenigsten verlegt werde. Nec etiam regulariter carcere includi
possunt. C. I. A. lib. 48. tit. 3. §. 5. Dn. Praeses in aur. sect. 5. §. 184. lit. fff.
n. 6. Ergò multò minùs pœna corporis afflictiva ipsis infligenda
erit, cum quæstio seu tortura gravior sit utriusque manus abscissio-
ne, secundum communem sententiam Criminalistarum. Emer. à
Rosbach. in process. crim. tit. 5. c. 18. n. 2. Jul. Clar. in pract. crim. §. ult. q.
64. vers. præterea debet. Farinac. in prax. crim. lib. 1. tit. 5. q. 42. num. 14.
Carpz. d. p. 3. q. 119. n. 10.

196. Sic quoque cum furioso dispensatur, ut ex delicto suo
nec obligetur nec pœna aliqua teneatur, cum fati infelicitas eum
excuset. l. infans. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 9. §. 2. ff. ad L. Pomp. de parric.
l. 14. de off. præsid. l. 61. in f. de administr. & peric. tutor.

197. Ratio vel ea esse potest, quoniam in maleficiis princi-
paliter voluntas spectatur, non exitus. l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. ff. ad L. Corn.
de Sicar. neque in his factum magis, quam causa faciendi, quæritur.
l. 39. de furt. aded, ut voluntas & propositum delinquentis maleficia
distinguat. l. 53. d. t. ut, si aliâ causa magis, quam voluntate peccetur,
extra crimen esse dicatur. l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar. Atqui verò
furiosi nulla est voluntas. l. 40. de R. I. sed potius pro absente &
ignorante, imò etiam planè mortuo habetur. §. furiosus. 8. Inst. de
inutil. stipul. l. 2. §. 1. de Procur. l. 124. §. 1. de R. I. l. 2. in f. de jur. Codicill.
l. 17. §. 11. de injur.

198. Vel ea, quoniam cum infante rectè dispensatur, ut
suprà dictum. Jam verò furiosus & infans in delictis æquiparan-
tur atque conjunguntur, ut patet ex d. l. 12. ad L. Corn. de Sicar. & art.
197. Ordin. Crimin. ibi: der Jugendt oder anderer Gebrechlichkeit halber
wissentlich seine Sinne nicht hätte.

199. Vel denique quod furiosus furore suo satis puniatur.
Rectè ergò in ulteriori pœnâ dispensatur, ne afflicto major addatur
afflictio, prout Modest. & Macer ita argumentantur in l. 9. §. 2. ff. ad
L. Pomp. de parricid. & l. 14. ff. de offic. Præsi.

200. Et hisce furiosis non absimiles sunt phrenetici, insa-
ni, dementes & mente capti, ita, ut dubium nullum sit, quin, æquè
ac cum furiosis, cum his dispensetur. Carpz. d. p. 3. q. 145. n. 2.

201. Quoniam autem gradus furoris atque dementiæ dan-
tur, aliq; vehementioribus afflictionibus, quam alii, veluti captivi

teneantur, iniquum foret cum omnibus dispensare, ita, ut indifferenter à pœna omnimodò eximantur. Neq; enim omnes fatui intellectu carent, licet quandoq; obtusior & stupidior illorum mens existat, quos grossos & grossolanos Interpretes appellitant, suntq; planè medi inter prudentes & dementes h. e. qui nec totâ mente præditi, nec totâ rursus sunt privati, sed aliquem modum prudentiæ capiunt.

202. Cum his igitur ut dispensetur, quemadmodum cum furiosis, minimè dicendum videtur: cum hâc ratione ansa delinquendi facilè præberetur, haud perpendendo, quod pœnas reis irrogare magna suadeat ratio. *l. 70. §. ult. ff. de fidejuss. & mandat. l. 31. pr. ff. Depos. l. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil. Ac publicè interfit; delicta omnia publicâ auctoritate & disciplina expiari, saltem vindicandæ Reip. causa. l. 11. C. de accus. l. 14. C. de pœn.*

203. Quin tamen cum ipsis eatenùs dispensatio fiat, ut ordinaria in extraordinariam commutetur, omninò concedendum erit: hocque casu multùm arbitrio judicis tribuendum, qui ex ratione & augmento furoris judicium suum informare, sententiam ferre, reosq; punire vel absolvere poterit. *Ordin. Crim. art. 179. ibi: Würde von jemand/ der Jugend oder ander Gebrechlichkeit halben wissentlich seine Sinne nicht hätte/ ein Verbrechen begangen/ daß soll mit allen Umständen an den Orien vnd Enden/ wie zu ende dieser Ordnung angezeigt/ gelangen/ vnd nach Rath derselben/ vnd anderer verständigen darinnen gehandelt oder gestraffet werden. Carpz. d. q. 145. n. 4. 3. 47. 48. & 49.*

204. Hocq; intuitu dispensatur quoq; cum melancholicis, ut à pœnâ ordinariâ liberetur & mitior ipsi irrogetur. Accidit enim interdum, ut melancholicus humor salubriter humano corpori datus in atram bilem & venenum pestiferum degeneret, indeque morbus, quem Melancholiam primariam vocant Medici, procreetur, ubi cerebrum principaliter afficitur, sive peculiari, sive totius corporis vitio: quo morbo laborantes vel cogitant, vel loquuntur, vel efficiunt absurda, longeque à ratione & consilio abhorrentia, eaque omnia cum metu & mœstitiâ, & non modò alios offendunt, sed quandoq; etiam ad desperationem ex tristiâ adacti, manus sibi ipsis inferunt: quibus casibus propter ejusmodi affectiones justissimâ ex causâ dispensatur. *Carpzov. d. q. 145. n. 7. 55. 61. & in prax. forens. p. 4. constit. 34. defin. 6. Schrad. ad §. juris præcepta. Inst. de l. & l.*

16
§ 11 n. 17. Köpp. O. 3. Wehner. *consil. Francon. 70. n. 2. & seqq.* ubi tradit:
Wann einer einen Christlichen Wandel geführt / vnd ex melancholia
vel impatientia doloris, ihme das Siecht selbst außgeleset / so mag mit
denselben ein Christliches Mitleiden getragen / vnd die Begräbnuß ne-
ben andern Christgläubigen gegünnet werden: doch werden die gewöhn-
lichen Ceremonien dabey nicht obseruirt.

205. Ebrius quoq; qui nimirum immodicè atque nimium
sele ingurgitavit, ita, ut talis ingurgitatio mentis alienationem indu-
cat, maximè secutà postmodum pœnitentiã, Dispensationem me-
retur. *l. un. C. si quis Imper. maledix. l. 12. in f. pr. ff. de custod. & exhibit.*
reor. l. 6. §. 7. de re milit. can. sanè. 7. ca. 15. q. 1. can. 9. d. ca. 15. q. 1. Farin. tr.
crim. p. 3. q. 93. n. 1. Tiraq. de pœn. temper. caus. 6. n. 1. & seqq.

206. Quoniam ebrius immodico vini usu obrutus dolosè
non delinquit, quippe qui ob mentis alienationem vel exilium nec
velle, nec consentire dicitur, sed potius dementi & furioso æqui-
paratur, cuius nulla est voluntas. *l. 40. de R. I. ubi Dec. & Cagnol.*
l. 47. de acquir. hered. cap. à crapula. 14. Extr. de vit. & honest. Cleric.

207. Nec excipiendi hic sunt muti & surdi, quin cum his
rectè dispensetur, cum plerumque intellectu careant, nec propter
defectum sensus in atrociori delicto convinci possint. Ant. Fab. *in*
Cod. suo lib. 9. tit. 25. def. 9. Carpzov. d. p. 3. q. 147. n. 26. per l. 3. §. 8. & 10.
de SC. Silan.

208. Item nec spontè confessi, à dispensatione impetranda
arcentur. *can. non dicatis. 11. ca. 12. q. 1. l. un. C. ne tut. vel curat. vectig. con-*
duc. l. 13. in f. pr. ff. de tur. fisc.

209. Vel etiam in carcere, diuturno satis tempore, detenti:
cùm reus hâc detentione non leviter punitus intelligatur. *l. omnes.*
23. C. de pœn. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 10. §. 7. lit. B.

210. Quod ipsum tamen non aliter accipiendum, quàm
si reus præter culpam suam, & ex solâ iudicis morâ in carcere diu-
turniori detentus fuerit. Nam, si ipsemet negando delictum mo-
ram traxerit, habet, quod sibi imputet, ac pertinaciã & malitiã suã
haudquaquam tueri se poterit. *Carpzov. d. p. 3. q. 149. n. 48.*

211. Et tandem meritò quoq; dispensatur cum delinquen-
te artifice, propter quem artificum favorem communiter quidem
Dd. ex famosissimâ & Azonis Bononiensis emortuali clamore (vi-
de Alciat. lib. 9. parerg. c. ultim.) nobilitatâ *l. Ad bestias. 31. ff. de pœn.*
elicere:

elicere volunt, in quâ tamen non de pœnæ remissione, sed de reo-
rum transductione agitur, ut eruditè ostenderunt. Alciat. *lib. 2. par-*
erg. c. 28. Didac. *Covar. lib. 2. var. resol. c. 9. n. 6.* Dn. Præses *in orat.*
Doctor. Anno 1620. die 15. Jul. habita.

212. Quia tamen depræhendimus etiam patefacto errore
sententiam istam communem plerorumq; interpp. suffragiis, & Cu-
riarum præjudiciis firmari, nolumus ab illis secessum facere: in-
primis autem assertores hujus opinionis extiterunt post Azonem,
Dinum, Oldradum, Albericum Rosatensem, Alexandrum, Lucam
de Penna, Bartholam, Cæpollam, Ludovicum Carterium *in pract.*
crim. Ludovicum Romanum *sing. 577.* Jasonem *ad tit. de ll. n. 11.*
Parid. de Puteo *in tract. de Syndic.* Julius Clarus *lib. 5. sent. §. fin. q. 60.*
n. 26. Tiraq. *de pœn. temp. caus. 50.* Wesenb. *in w. ff. de pœn. n. ult.* Gail.
de P. P. lib. 2. cap. 9. n. 24. Farin. *in prax. crim. p. 3. q. 98. n. 134.* Confil.
Argentorat. Vol. 2. consil. 71. n. 62. Carpz. *in prax. crim. p. 3. q. 149.* Benius
de privil. Ictorum p. 2. privil. 51.

CAPUT V.

DE

OBJECTO.

213. Objectum consideratur vel positivè vel remotivè.

214. Remotivè consideratum ostendit circa quæ jura Di-
spensatio locum habere nequeat. Communiter igitur negatur
Dispensationem circa jus divinum vel naturale vigorem obtinere.
Camill. Gallin. *de V. S. lib. 10. c. 33. n. 6.* Borell. *de Magistr. Edict. lib. 2. c.*
1. nu. 29. Farin. *decis. R. R. 115.* Thesaur. *decis. 87. n. 6.* Decian. *resp. 20. n. 3.*
vol. 1. per can. omnipotentem. 95. ca. 11. q. 3. ubi habetur: quod is, qui
DEUM omnipotentem metuit, nil contra Evangelium aliquid ul-
lo modo agere consentiat.

215. Dicitur: NIL ULLO MODO, ut intelligatur etiam
cum Dispensatione. Cævall. *comm. contr. comm. q. 808. n. 59.*

216. Hæc enim dictio tantum habet virium, ut omnem
etiam Dispensationem impediatur. Tiraq. *ad l. si unquam. gl. revertatur.*
n. 93. qui numeris seqq. vocabulis: NULLATENUS & PENI-
TUS, tanquam dictionibus præcis, nec limitationem aut modi-
ficationem recipientibus, eandem potestatem tribuit. Raud. *resp.*
20. n. 32.

20. n. 32. lib. 2. Barbof. de dict. usufreq. di. nullatenus. 226. n. 13. & dict.
nullo modo. 228. n. 4.

217. Ratio hujus assertionis esse potest, quoniam juris divini
norma inflexibilis est. can. sant quidam. 6. ca. 25. q. 1.

218. Et ejus est solvere, cujus est ligare. Alber. Gentil. lib. 5.
de Nupt. c. 10. in f.

219. Majorque DEI, quam omnium hominum autoritas
esse debet. Fichard. Consil. German. 63. q. 2.

220. Quamvis enim sint nonnulli, qui Papæ Dispensatio-
nem contra mandata DEI valere velint, & articulos fidei tantum
excipiant, propter plenitudinem potestatis, ita, ut dubitare de eo
instar sacrilegii sit: deformia tamen ejusmodi & impia ab adula-
toribus tradita reprobanda videntur, cum ab omni ratione, pieta-
te & humanitate abhorreant. Warnmund. de Erenberg. de regn. sub-
sid. & contribut. subdit. c. 15. in f.

221. Dispensatio igitur contra jus divinum non habet lo-
cum. Gæden. consil. 109. n. 175.

222. Nec contra præcepta moralia divina negativa. Gal-
ganet. de condit. p. 2. c. 1. q. 106. n. 14. Petr. Ant. de Petr. de potest. Prina.
c. 27. n. 19. & 62.

223. Vel, ubi est peccatum mortale secundum legem divi-
nam. German. Consil. tom. 3. consil. 1. q. 2. n. 10.

224. Et in genere omnis lex DEI, quæ peccati repræhen-
sionem, taleque, quod suâ naturâ turpe, complectitur, ejus generis
est, ut Dispensationem non admittat. Schult. q. 70. n. 303. & 377.

225. Sic quoque non tenet Dispensatio, per quam via ape-
ritur ad scelus, quod est contra jus naturale. German. Consil. d. con-
sil. 1. q. 1. n. 16.

226. Nec admittitur, si defectus à lege naturali procedit.
Joh. del Castell. lib. 4. quotid. controvers. c. 21. n. 32.

227. Unde Princeps dispensando consensum partium sup-
plere non potest, cum ille sit res facti. Peregr. consil. n. 7. tom. 3.

228. Sicut enim Principes facere non possunt, ut, quæ facta
sunt, sint non facta. l. 12. §. 2. de captiv. & postlim. reversi: ita nec face-
re possunt, ut, quæ facta non sunt, sint facta: neque enim legum au-
thoritas naturalia immutare potest. §. 11. l. de Iur. N. G. & Civ.

229. Cum jus naturale sit potentius, quàm Principatus
Manric. de sacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 1. n. 31.

16



X 10



230. Sciendum tamen, quod jam dicta non ex toto, sed ex tanto, ut loquitur Caroc. *de revol. confess. q. 1. n. 5.* procedant.

231. Unde inferre solent, quod legitima, quæ in locum totius hereditatis jure naturæ debitæ successit, liberis Consuetudine vel Statuto penitus tolli nõ possit. Schrad. *ad §. fin. l. de Jur. N. G. & Civ. n. 4.* Gail. *lib. 2. O. 122. n. 2. & seqq.* ubi hanc opinionem æquiorẽ, veriorẽ & magis communẽ dicit, & eam non semel, sed multo- ties Cameram Imperialem judicando secutam fuisse testatur.

232. Quamvis igitur Princeps contra jus divinum statuere in totum illud abrogando non possit: distinguendo tamen, limi- tando, declarandoque, ex causa necessaria & legitima, in aliquo ca- su contra illud dispensare potest. Sese *de inhib. c. 1. §. 5. n. 1.* Zoanet. *de duplic. Venat. n. 92. & 93.*

233. Idque fieri solet, si contrarietas legum naturæ incidat. Sunt enim, inquit Wesenbecius *in π. ff. de l. & l. n. 15.* quidam quasi gradus principiorum & conclusionum moralium: in quibus, si quando usu venit, ut sibi invicem obstant, inferior superiori cedat, necesse est. v. g. lex naturalis est: non occides. Alia v. lex natu- ralis: defende tuam, tuorumque vitam. Si grassator igitur prætereun- tem viatorem invadat, non valebit prior illa lex, tanquam inferior, sed cedit huic, quæ defensionem præcipit. Ant. Fab. *in Iurispr. Papin. tit. 2. pr. 2.* ubi tribus exemplis aliis hoc ipsum declarat.

234. Sic, licet parentibus æqualis honor jure naturali de- beatur, *l. 2. de Inst. & Iur. l. 4. ff. de Curat. furios.* hoc tamen jus limita- tum esse, exemplum consensus paterni in justis nuptiis filiorum fa- mil. necessarij ex jure Civili satis evincere videtur. Dn. Præses *in reb. quotid. in preloq. θ. 44.*

235. Objectum dispensationis positivum versatur circa jus Gentium secundarium & Civile, idque tùm privatum, tùm publicum, tùm universale, tùm particulare, i. e. statuta.

236. Quoad jus Gentium notum est, illud, cum ex ratiocinatio- ne secundum necessitatem & utilitatẽ humanæ vitæ, & per discursu- sum practicum inductum sit, discursu suo mutabile esse, & penitus tolli posse, nihilque obstare, quò minus Dispensatio in illo locum habere possit. Ant. Fab. *in Iurispr. Papin. tit. 2. pr. 4.* Vult. *in Iurispr. Rom. lib. 1. c. 1.* Wesemb. *in π. ff. de l. & l. n. 16.* Molin. *de Inst. & Iur. tom. 1. tr. 1. disput. 5. n. 5. col. 14.*

237. Tùm

237. Tùm, quòd ipsa ratio necessitatis humanæ hoc ipsum
suadeat. §. 2. I. de I. N. G. & Civ.

238. Tùm, quòd exemplum servitutis moribus Christiano-
rum ferè in totum sublata, id satis evincat. Erasm. Roterod. in *Chri-
stian. matrim. instit. fol. 105. & 106.* Chytræ. ad c. 20. Exod. Hering. de
Molend. q. 47. n. 7. Besold. lib. 2. Polit. c. 10. n. 54.

239. Nam & jus Gentium, licet relatione habitâ ad jus Ci-
vile immutabile fortassis dici possit, tamen in se & ipsum positivum
est, ut agnoscit Vasq. de *success. creat. lib. 1. §. 1. n. 3. & 9.*

240. Adeoque mutationi obnoxium, ut rectè Wesenb. in
ff. de I. & I. n. 15. Ant. Fab. in *Iurisp. Papin. tit. 2. pr. 3. in fin. Connan. lib. 1. comm. c. 6. n. 5. & 6.* Treutl. Vol. 1. disp. 1. §. 4. lit. d.

241. Hinc & testamentorum, seu ultimarum voluntatum
jus, statutis non restringi tantùm, sed etiam tolli penitùs posse verius
videtur: quemadmodum de ejusmodi Statuto (quo testandi usus
& facultas planè sublata est) testatur Paul. Busius ad l. 1. qui *testam.
fac. poss. n. 7.* Nobilis & Consultissimus Dn. Ludvvel. *rr. de ult. volunt.
Part. gen. c. 2. & part. special. c. 1.*

242. Idemque dicendum de jure Civili, quòd nempe di-
spensatio cum primis in legibus positivis locum habeat. Besold. de
Regal. c. 2. n. 1.

243. Quamvis enim Princeps secundum eas vivat, §. ult. I.
quib. *mod. testam. infirm. l. 23. de legat. 3. l. 4. C. de legib. iisdem tamen
secundum plenissimam potestatem, quam habet, solutus est. l. 31. ff.
de legib. proindeque ex causa dispensare potest. Vasq. illustr. contro-
vers. lib. 1. c. 25. n. 22.*

244. Jusque civile non aliter, quàm ex ratione civili, velu-
ti jus naturale ex ratione naturali, æstimandum. Ant. Fab. in *Iurisp.
Papin. tit. 2. pr. 5.*

245. Ubi notandum civilem rationem esse, non quæ à na-
turali in totum abhorret, sed ob publicam utilitatem id assequitur,
quod naturalis non ita facilè assequi posset.

246. Naturalis siquidem ratio propositum sibi habet τὸ κα-
λόν, seu id, quod per se honestum & æquitati consentaneum est.
Civilis autè respicit τὸ συμφέρον seu id, quod civitati in primis utile
& proficuum est, quorum hoc à Celso in l. 1. ff. de *just. & jur. bonum,*
illud æquum appellatur. Dn. Præses in *reb. quotid. in preloq. §. 27.*

E

247. Ex

247. Ex quo fluere videtur, quòd, quando quis ex lege præcisè cogitur, intelligendum sit, nisi subsit aliqua legitima causa. v. gr. legata ex testamento soluta repeti non possunt: repetuntur tamen ex nova & inopinata causa. l. 3. pr. de condict. indeb.

248. Sic, licet condemnatus ad solvendum cogatur præcisè solvere, nec satis sit dare compromissorem, ex magnâ tamen & idonea causâ id sufficiet. l. 4. §. 3. de re judic.

249. Similiter, si intercesserit justa causa, nemo tenebitur perficere susceptum mandatum, licet etiam non renunciaverit re integrâ. §. 11. l. Mandati.

250. Idem ferè habetur in l. 8. §. 3. de procur. ubi Procurator, pro quo consentiente Dominus satisfecit, cogitur iudicium suscipere, nisi illud ex causa legitima relinquat, putà, si inimicitia capitales intervenerint inter dominum ipsum & procuratorem, aut dignitas procuratori accesserit, aut Reipub. causâ abfuturus sit. Tiracq. de pœn. temper. n. 52. in præfat. Gail. l. 1. O. 46.

251. Jus publicum quod attinet, eadem ratio esse videtur quæ juris Gentium: cum & ea, quæ hoc jure constituta sunt, aliâ lege, vel Statuto, vel Consuetudine tolli possint. l. 32. ff. de legib. §. 11. Inst. de l. N. G. & Civ.

252. A qua regula tamen rectè excipiuntur leges fundamentales, quibus Princeps etiam summus, metu mali regiminis, adedò obligatur, ut contra eas nihil quicquam tentare possit, aut certè non debeat. Carpzov. ad leg. Reg. German. c. 1. sect. 3. n. 1. & 2. c. 3. sect. 3. n. 4. & c. 12. sect. 1. n. 36. & sect. 2. n. 3. & 4.

253. Multò minùs dubitare licet de Statutis juri conformibus, quæ itidem aliâ posteriori Constitutione tacitè, vel expressè aboleri possunt, ut rectè in his quoque ex identitate rationis Dispensatio concedenda sit. Zas. ad l. 19. n. 12. de V. O.

254. Præsertim, cum ejusmodi Statuta dicantur jus Civile: Knich. in Encyclop. c. 5.

255. Nempè illius Civitatis saltem, in quâ obtinent. Gratian. tom. 3. disc. for. c. 257. n. 10. Reinking. de retr. consang. q. 9. n. 63. & seqq. Mysing. resp. 9. n. 19. Dec. 1. Cothm. resp. 74. n. 76. vol. 2. Schult. ad Modest. Pistor. p. 2. q. 78. n. 6. Dauth. de Testam. n. 86. fol. 130. in gl. c. Decian. resp. 26. n. 70. vol. 2.

256. Nec non jus commune, in territorio scilicet statuer-

tium.



16
eium. *Surd. consil. 343. n. 7. Peregr. cons. 101. n. 11. lib. 3. Köpp. O. 8. n. 3.*
Klock. de Contribut. c. 12. n. 248.

257. Et pars juris Civilis. *Sese decis. 209. n. 21.*

258. Quod autem de juribus his jam dictum, id ad particu-
lares quasdam materias accommodandum videtur. Inprimis au-
tem, cum Dispensationem frequenter fieri videamus circa matri-
monialia, circa legitimationem naturalium & spuriorum, & circa
delictorum pœnas, paulò pleniùs de his, quantum quidem instituti
nostri ratio permittet, agendum erit.

DE DISPENSATIONE CIRCA MATRIMONIALIA.

259. Quod igitur matrimonialia attinet, de iis tam respectu
consanguineorum, quam respectu affinium hæc regula tenenda
est: Quando eadem juris humani, quæ divini, aut naturalis, ratio
& prohibitio est, nulla admittitur Dispensatio. *Reusn. cons. 8. n. 88.*
lib. 1. & consil. 9. n. 99. d. lib. 1. Köpp. O. 38. n. 7.

260. Hinc I. respectu primi ordinis, seu lineæ ascenden-
tium & descendentium nulla planè Dispensatio obtinere potest:
cum inter ascendentes & descendentes in linea cognationis rectâ
& perpendiculari matrimonium in infinitum prohibitum sit, tam
de jure divino, quam humano, idque propter jus parentelæ & re-
verentiam naturalem.

261. Et hoc procedit 1. siue nuptiæ legitimæ sint, siue il-
legitimæ. 2. in servili etiam cognatione. 3. ut nulla hîc sexus in-
firmitas, rusticitas, error, aut ignorantia excuset, cum omnes homi-
nes jura scire & intelligere debeant. *l. 3. & l. 9. C. de legib. & culpam*
contrahat, qui jus ignorat. arg. l. 223. pr. de V. S. Harp. ad S. 1. l. quib.
mod. re contrah. oblig. n. 56. 4. in iis, qui per adoptionem sibi invicem
parentum & liberorum loco sunt, idque non tantum durante ado-
ptione, sed eâ etiam dissolutâ. *§. 1. l. de Nupt. l. 55. ff. de rit. nupt. Nobilis*
& Excellentissimus Dn. Ludvv. in Diss. ad Inst. disp. 2. §. 4. lit. a. cujus
prohibitionis rationem ex l. 34. ff. de adopt. & l. 7. C. de hered. inst. addu-
cunt C. I. A. lib. 23. tit. 2. §. 14. n. 2. Dn. Præses in reb. quotid. sect. 1. §. 15. n. 1.
in not. lit. n. 5. denique in noverca, quæ non potest nubere privi-
gnis. Berlich. de jur. novercal. p. 2. art. 3. sect. 3.

262. II. Prædictam regulam generalem ordini quoque
E 2 colla-

collateralium accommodamus, & primo quidem gradui eorundem omnem Dispensationem denegamus, cum nuptiæ inter fratrem & sororem & ipsæ omni jure prohibitiæ sint. *Levit. 18. vers. 9. can. cum igitur. 1. ca. 35. q. 1. §. 2. l. de Nupt.* Amplissimus atque Excellentissimus Dn. D. Kob. *in comm. ad Instit. ad d. §. 2. l. de Nupt. q. 1.*

263. In tantum, ut non subsistant, siue fratres & sorores sint germani, siue consanguinei, siue uterini. 2. siue ex justis, siue injustis nuptiis sint nati. 3. in sorore legitima, i. e. arrogata, durante tantum adoptione, non autem eâ dissolutâ, §. 2. 3. 5. *l. de nupt. l. 17. §. 2. ff. de rit. nupt.* Georg. Dedeken. *Consil. Theolog. Vol. 3, sect. 1. tit. 1. n. 2. col. 314.* Bechstad. *in tr. de Collat. Jur. Connub. p. 1. c. 10.* Rationem itidem habet Dn. Præses. *d. sect. 1. §. 15. n. 1. lit. n.*

264. Idem dicendum de secundo gradu lineæ inæqualis: nam cum patruo, amita, avunculo, aut matertera matrimonium contrahere omni jure prohibitum est. *Levit. 18. vers. 12. in addit. ad gl. in cap. litteras. 13. verbo: divina. lit. e. Extr. de restit. spoliat. l. ult. C. de incest. nupt. l. 2. C. si nuptiæ ex rescript. pet.* Kitzel. *in Synops. matr. cap. 3. theor. 7. lit. g.*

265. Maximè, si res integra, & de sponsalibus contrahendis agitur, nullus Dispensationi locus erit: Dedeken. *d. n. 2. col. 315.* re autem non integrâ respondet Bechstad. *d. p. 1. c. 11.* aliquem propterea, quod materteram suam duxerit, in Saxoniam relegatum fuisse. Als sich aber derselbe in eine andere Statt gesetzt/ hab man sie bey sammen gelassen/ cum multa facilius ab initio impediuntur, quam, si facta fuerint, rescindantur. Carpzov. *p. 4. prax. for. Constit. 23. def. 11. 12. & 13.*

266. Aliud statuendum videtur de secundo gradu lineæ æqualis, patruelibus & consobrinis, quod in his Dispensatio sit concedenda. Dedek. *d. loc. n. 5. col. 333.* Bechstad. *d. p. 1. c. 12. in f. ubi tradit: matrimonium in hoc gradu non nisi Illustribus, Generosis & Nobilibus Personis Sacro Romano, non Papæ Imperio subjectis, atque etiam his non facilè, sed tantum ob bonum publicum, aliisque graves causas permitti. Jam factum autem & consummatum non temerè rescindi, sed mediante Dispensatione, pœnæque promeritiæ exactione, etiam in plebeis & privatis, maximè verò dignioribus personis tolerari: Doch daß die Copulation ausserhalb des Orts/ da sie wohnen/ geschehe/ vnd solche Personen ein gewisse summa Gelds zu milten sachen bezahlen sollen.*

267. Quam



267. Quamvis enim Legislatōres & hos à conjunctione
matrimoniali abstinere voluerint, quo majori reverentiā divinæ
prohibitiones observari viderentur. *Cypr. de jur. connub. p. 2. c. 6. §. 1.*
n. 20. Et Theodosius Major fratrum & sororum liberos matrimo-
nio jungi prohibuerit, ut evidenter colligitur ex *l. un. Cod. Theod. si*
nupt. ex rescript. pet.

268. Nuptiæ præterea jure quoque Canonico intra quar-
tum gradum prohibeantur. *cap. non debet. 8. Extr. de Consang. & affin.*
multò igitur magis in secundo.

269. Tamen, cum prædicta Constitutio Theodosii à liberis
ejus Arcadio & Honorio abrogata, & matrimonia Consobri-
norum permissa fuerint. *l. 19. C. de Nupt. l. 3. de rit. nupt. §. duorum. 4. Inst.*
de nupt. l. 2. C. de instit. & substit.

270. Nec unquam jure divino improbata videantur, sed
potius contraria exempla aliud demonstrent, veluti quando Jacob
duxerat Rachelem avunculi sui filiam. *Genes. 29. vers. 18.* Amram
uxorem Jochabed patrualem suam. *Exod. 6. vers. 20.* Quinque filiae
Salphaad nupserant quinque filiis patruorum suorum. *Numer. 36.*
vers. 11. Othoniel Axam patru sui filiam. *Ios. 15. v. 17.* Josephus Ma-
riam patru sui Eli filiam. *Matth. 1. vers. 16.* meritò hoc in gradu se-
cundo lineæ æqualis Dispensationem admittendam censemus.
Mynsing. resp. 72. Scheplitz. ad Klammer. tit. 41. §. 24. n. 5.

271. In tertio gradu lineæ collateralis inæqualis distinctè
procedendum est. Aut enim ex uno latere una tantum persona, ex
altero autem tres existunt. Aut (qui casus hūc propriè pertinens
est) ex uno latere duæ, ex altero autem tres personæ sunt, ut est
propior sobrinor.

272. Priori casu conclusio notandā: quemadmodum inter
ascendentes & descendentes nuptiæ in infinitum prohibita sunt:
ita etiam inter eos transversales, qui parentum & liberorum loco
sibi invicem sunt, adeoque dispensari non poterit.

273. Quinam autem ex collateralibus sive invicem paren-
tum loco habeantur, longâ serie enumerat, & subjunctâ ratione
denominandi illustrat *Coll. J. A. lib. 23. tit. 2. §. 13. n. 1. 2. 3.* Dn. Præ-
ses in reb. quotid. d. sect. 1. §. 15. n. 2. lit. o.

274. Posteriori verò dicendum: licet jure Canonico hi, at-
que etiam ulteriores usque ad quartum gradum inclusivè prohi-
beantur

hibeantur. *d. cap. 8. Extr. de consang. & affin.* propterea, quod proximi
sint illis, qui de jure divino interdicti, à quibus superiora secula,
secundum D. Augustinum, quod majori reverentiâ, ut modò di-
ctum, divina prohibitio observaretur, abstinuerunt, factumque li-
citur horruerunt propter vicinitatem illiciti. *Bechstad. d. p. 1. c. 13.*

275. Tamen, cum de jure divino hæ nuptiæ neq; expressè,
neq; implicite prohibeantur: itemq; etiam de jure Civili. *arg. §. 4. l. 1. de Nupt.* Magistratus ordinarius hinc Dispensare poterit. *Cothm. resp. 69. n. 8. Vol. 2. Guiliel. Anton. de Freundberg de rescript. morat. sect. 2. theor. 4. Bechstad. d. c. 13.* ubi habet: Quod inter personas illustres, generosas & nobiles, si Imperio immediatè sint subjectæ, nec Papæ Jurisdictione in matrimonialibus negotiis recognoscant, nullâ Dispensatione opus sit, cum nihil eos hoc in gradu matrimonium contrahere vetet. In Saxoniam autem Electorali distingui dicit. 1. inter sponsalia contrahenda. 2. inter sponsalia de præsentibus contracta, & 3. matrimonia consummata. Primo casu absque urgentissimâ causâ, & causæ cognitione in Consistorii judicio præcedente, matrimonia nunquam permitti. In secundo autem casu eatenus Dispensationem fieri, ut si contrahentes absque conscientiarum periculo, aliasque ob graves causas distrahi nequeant, (quod enixè tentandum) certâ multâ & pecuniæ summâ ad pios usus solutâ ipsis extra territorii fines nuptias celebrare: iisdemque peractis, si placuerit, reverti, laremque in territorio Saxonico constituere non denegetur: sin autem causæ satis urgentes non fuerint, & contrahentes, omni dehortatione posthabitâ, nihilominus conjugii velint, hoc ipsis, domicilii jure (salvâ tamen commeandi & transeundi libertate) prohibito, extra territorii, fines procurari permittatur. Ultimo autem casu conjugii ita consummati, vinculo salvo, territorio abire, & in perpetuum exulare jubeantur. Hæc ille.

276. Quâ in re tamen singularis requiritur prudentia Magistratum, eorumque, penes quos jus dispensandi est, ne Dispensatio sit dissipatio. *Beust. de connub. p. 2. q. 56. Carpz. in prax. forens. p. 4. constit. 24. def. 14.*

277. Quoad tertium gradum lineæ collateralis æqualis, quo sobrii & sobrinæ pertinent, notandum, cum de jure divino & civili nupsiam sit prohibitus, sed tantum jure Canonico: & Statutis

16
turis certorum locorum: (matrimonium enim in Saxoniâ Electorali in hoc gradu contrahere licet. Köpp. O. 39. nu. 3. Coler. decis. 2. Bechstad. d. p. i. c. 14. ut & Norimbergæ, & Argentiniæ, cum nusquam prohibitum reperitur,) quod ex prægnantibus & urgentissimis causis dispensatio impetrari possit. Vult. cons. Marpurg. 15. n. 270. Volum. 1.

278. Quod autem de tertio gradu cum lineæ inæqualis, cum æqualis jam traditum à nobis est, idem tenendum censemus in quarto gradu lineæ inæqualis & æqualis, ut priori casu lineæ inæqualis, nempe, quando ex uno latere una, ex altero quatuor existunt nulla Dispensatio: posteriori verò, cum ex uno latere tres, ex altero quatuor reperiuntur ex sufficienti causa aliqua admittatur, in gradu autem lineæ æqualis, quo sobrinorum liberi i. e. fratrum & sororum pronepotes & proneptes continentur, facilius dispensetur. Bechstad. d. p. i. c. 15.

279. Diximus autem jam supra allatam regulam etiam procedere inter affines, tam inter ascendentes & descendentes, quam collaterales. Respectu enim illorum, cum, quemadmodum ratione cognationis inter ascendentes & descendentes nuptiæ in infinitum, ita quoque ratione affinitatis prohibitiæ sint, tam de jure divino, quam Canonico & Civili. Levit. 18. vers. 15. Levit. 20. vers. 14. cap. 1. Extr. de consang. & affin. §. 7. de Nupt. l. 14. §. 3. l. 15. de rit. nupt. l. 4. §. 7. de gradibus. merito Dispensatio in lineâ rectâ affinitatis locum habere non poterit, quamvis impetrari eam posse existimet Beust. in tr. de matrim. c. 53. si videl. vitricus privigni sui relictam filiam uxorem ducere velit. Addantur, quæ infra notabuntur §. 285. & seqq.

280. Quoad alios affines collaterales in specie sic dictos ad primum primi generis gradum pertinent frater & fratris uxor, quæ fratria. Tu & sororis tuæ maritus, qui sororius. Tu & uxoris tuæ soror, quæ glos. Tu & mariti frater, qui Levir appellatur.

281. Cum autem nuptiæ hoc genere omni jure prohibitiæ sint. Levit. 18. vers. 16. can. de incertis. 3. ca. 35. q. 2. l. 5. & l. ult. C. de incest. nupt. Nobilis, Amplissimus, & Excellentissimus Dn. D. Tabor Patronus atque Præceptor multis nominibus venerandus in tr. de oblig. success. in offic. c. 7. n. 5. merito & hîc omnis Dispensatio cessabit, primò per text. in can. sunt quidam. 6. & in can. contra statuta. 7. ca. 25. q. 1. cap. litteras. 13. Extr. de restit. spoliat. Cum inferior legem superioris tollere non possit. can. inferior. 4. dist. 21. cap. cum inferior. 16. Extr. de
major

major. & obed. Melander in Comment. in Process. Cam. Noë Meurer. p. 1.
c. 7. n. 54. fol. 137. inf. Vant. de nullit. sentent. tit. ex defectu processus. 13.
num. 12. Dominique verbum validum, forte, durable, immutabi-
le & perseverabile, non momentaneum, non transitorium sit. *can.*
fraternitatis. 1. ca. 35. q. 10.

282. Deinde, quoniam præcepta moralia divina immuta-
bilia & indispensabilia sunt. *can. fraternitatis. 1. ca. 35. q. 10.* Sed ejus-
modi prohibitio est moralis, quia in ratione morali fundata, ne
per fratrem reveletur turpitudine fratris. *Levit. 18. & 20.* quod latè per-
sequitur Gerhard. *de Conjug. §. 290. col. 307. & seqq.* Ergò indispen-
sabilis erit.

283. Et denique, quoniam ejusmodi Dispensatio esset nu-
tritiva peccati. Nam discooperire turpitudinem fratris turpe in
moribus reputatur, & idè talis coitus incestus dicitur. *Levit. c. 18.*
Incestus autem non minùs peccatum, quàm adulterium vel forni-
catio. *t. t. de incest. nupt.* Et hinc dicit *tx. Levit. 20. vers. 21.* quòd faciat
rem illicitam. German. *Consil. tom. 3. cons. 2. q. 2.* culpatoq; Johannes
Baptista Herodem ducentem fratriam. Non est rectum, inquit,
ut habeas uxorem fratris. *Marc. 7.*

284. De reliquis gradibus primi generis affinitatis (quod
quomodo cõtrahatur, & à secundo tertio vè genere differat, perspi-
cuè exponit Schneidevv. *ad tit. 1. de Nupt. rubr. de arbor. affi. p. 47. & Dn.*
Præles in reb. quotid. d. sect. 1. §. 17. in not. lit. q.) traditur hæc regula,
æquitati naturali consentanea, ut in pari cognationis & affinita-
tis gradu, par, idemq; jus statuatur. Gerhard. *de Conjug. §. 328. col. 355.*

285. De ceteris autem duobus generibus frustra hoc loco
quæstio instituitur, an dispensatio in illis locum habeat, cùm ho-
diè primitantum generis prohibitio in lineâ collateralis affinitatis
usque ad quartum gradum inclusivè duret. *cap. non debet. 8. Extr. de*
consang. & affin. Carpzov. p. 4. prax. for. constit. 24. def. 11. & 12. ubi in
his generibus nullum incestum committi affirmat. Schneidevv. *ad*
tit. 1. de Nupt. rubr. de arbor. affi. n. 13. In secundo autem & tertio ge-
nere affinitatis nuptiæ indistinctè sint permissæ, ut etiam relictam
viduam fratris defunctæ suæ uxoris quis ducere possit.

286. Disertè autem dico in lineâ collateralis: nam in linea
recta, inter ascendentes & descendentes, differentia quædam no-
tanda inter jus Civile, quo nuptiæ inter privignum & vitrici vi-
duam

16
duam non probantur. *l. uxorem. 15. ff. de rit. nupt. & inter jus Canonicum, quo pro licitis habentur. cap. non debet. 8. pr. Extr. de consang. & affin. Kitzel. in Synops. matrim. c. 3. theor. 12. lit. f.*

287. Cum autem in Consistoriis Reformatis dispositio juris Civilis obtineat, attestante Schneidevv. *ad d. r. Inst. de nupt. rubr. de arb. affin. n. 13. 14. & Carpzov. p. 2. prax. crim. q. 74. n. 49. 54. & seqq. merito, casu ita ferente, & urgentissimis circumstantiis suadentibus, dispensatio tum petenda erit, & concedi poterit. post Panorm. Covar. Beust. & Carpz. in prax. forens. Nobilis & Excellentissimus Dn. Ludvv. D. ad Instit. 2. 0. 4. lit. b.*

288. Ex quibus jam dictis haud obscure colligere licet, quod in conjunctionibus, quæ non sunt contra jus divinum & naturale, Dispensatio admittatur. *Aldorf. consil. 29. fol. 110. in f. Carpz. p. 4. Jurispr. for. constit. 24. def. 14. & resp. 112. lib. 5. n. 3.*

289. Sicut autem certissima regula est, quod Magistratus, vel Princeps nõ debeat, nec possit dispensare, & matrimonium permittere in gradibus lege divinã (putã *Levit. 18. & 20.*) prohibitis. *Caroc. de revelat. confess. q. 1. n. 6. Ita nil dubii habet, Principes Germaniæ de suã lege & ordinatione Politicã posse, ex probabili causã, in matrimoniis dispensare. Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 476. Coler. ad c. & si Clerici. n. 65. Extr. de jud. Cothm. resp. 33. Volum. 1. Kitzel. in Synops. matrim. c. 3. theor. 14. lit. e.*

290. Hinc Dispensari quoque potest, ut non obstante impedimento voti, castitatis, ordinis, cognationis civilis, vel spiritualis, criminis, & disparitatis religionis, matrimonium inter aliquos possit contrahi, & contractum ratum sit. *Menoch. lib. 2. præsumpt. 10. n. 35. & seq. & A. I. Q. cent. 5. c. 421. n. 10.*

291. Quia hæc impedimenta non jure naturali vel divino, sed Constitutione humanã introducta sunt: igitur absque dubio contrariã Constitutione humanã vel generaliter, vel in certo casu, per Dispensationem nempe, tolli possunt. *§. 11. I. de I. N. G. & Civ. l. 32. §. 1. de legib. l. 35. de R. I. l. 80. de solut. Sanchez. de matrim. Sacram. tom. 3. lib. 8. disp. 8. num. 1.*

292. Idem est & in impedimento publicæ honestatis: namq; & illud juris Civilis seu humani est, ideoque dispensari potest, ut, illo non obstante, matrimonium contrahi possit. *Schrad. ad rit. l. de Nupt. n. 136. Kitzel. in synops. matrim. c. 3. theor. 14. lit. e.*

293. Hocq̄, ipsum facilius conceditur, si res non sit integra: quia copula intervenit. Petr. Wesenb. *conf.* 23. n. 11.

294. Sed si res integra, sive matrimonium de presenti contractum, non tamen consummatum sit, quæritur, an Dispensatio concedatur? Et nihilominus eandem impetrari posse, contendit Wehner. *consil. Franc.* 46. n. 4. cum Dispensatio ad matrimonium contrahendum favorabilis sit. German. *Consil.* tom. 3. *consil.* 3. q. 2. n. 6. Hartm. Pistor. q. 8. n. 25. lib. 3.

295. Ita, ut in causa matrimoniali unius Doctoris Classici opinio prævaleat communi opinioni, quæ est contra matrimonium. Gail. *lib.* 2. *obs.* 94. n. 19. Vult. *conf.* Marpurg. 15. n. 121. vol. 1. & resp. 34. n. 38. & 197. Vol. 3. Sichard. *consil. matrim.* 3. n. 63. Cævall. q. 1. n. 24.

296. Et largè intelligi debeat in favorem matrimonii, nisi scandalum sequatur. Guttierrez. *Can. quest.* lib. 2. c. 15. num. 127. Sanchez. *de matrim. Sacram.* tom. 3. lib. 8. *disput.* 1. num. 30. Zaf. *consil.* 3. num. 21. lib. 2.

297. Tunc enim favore hoc non licet abuti, de quo con- queritur Köppen. *Enucl.* 4. n. 162. Dec. 1.

298. Utrùm autem in illis, in quibus matrimonium alias ob causas ratum non est, Dispensari possit, ut matrimonium ratum sit, dubitatur? Et respondet Schrad. *ad tit. de Nupt.* n. 136. nulla hinc Dispensatione effici, vel induci posse, ut matrimonium nullum, foretè propter defectum consensus, ratum sit; tùm, quia consensus facti est. *arg. l. 7. §. ult. de Curat. furios.* ubi facti autem opus, verba Dispensationis non sufficiunt. *arg. l. 1. §. 1. quod quisque iur. in al.*

299. Tùm, quia jus Civile, ad quod a Jure Dispensationis referendus, facta supplere, vel tollere non potest. *l. 12. §. 2. de capt. & postlim. revers.* l. 31. & ibi Decius. *de R. l. l. 1. §. Scavoia ait.* 15. ff. *si u. qui testam. lib. ess. iuss.* Peregr. tom. 3. *consil.* 1. n. 7. & 8.

300. Tùm etiam, quia consensus in matrimonio de jure naturali requiritur. *arg. l. 1. §. adeo. de pact.* Quæ autem juris naturalis sunt, Dispensatione, vel aliâ constitutione juris Civilis tolli non possunt. *d. §. 11. de I. N. G. & Civ. l. 8. de cap. minut.* quod imprimis in illis, quæ jure naturali præcepta, & vetita sunt, obtinere, docuit Dn. Præses *in reb. quotid. in preloq.* 9. 43. n. 1.

301. Unde Dispensatione nullâ effici potest, ut matrimonium contractum metu, errore personæ, vel à furioso, mente capto, aliavè

aliâve personâ, quæ consentire nequit, ratum sit, ut nec matrimo-
nium, contra impedimentum facti, à penitus inhabili contractum:
cum facta, Dispensatione, aliâve Constitutione juris civ. tolli ne-
queant, vel mutari. *l. 1. c. de cap. minor.*

302. Prætereâ quæritur, an si sponsalia contracta sint inter
prohibitos sub conditione, si Papa dispensaverit, adveniente post-
eâ Dispensatione novus consensus necessarius sit? Et affirmativa
verior videtur, nempe, quod requiratur novus consensus, nec va-
leant Sponsalia in vim matrimonii, quamvis fuerit probata pro-
missio ducendi in uxorem, si Papa dispensabit, sed quicquid fa-
ctum, totum erit irritum. *Gutierrez. de juram. confirm. p. 1. c. 51. n. 31. &*
seqq. & Canon. Quest. lib. 1. c. 22. per tot.

303. Tum, quia consensus debet esse mutuus, & non stare in-
pendenti. *Cævall. comm. contr. comm. q. 391. Surd. consil. 364. n. 19. & 45.*
Fachin. lib. 3. controvers. c. 36.

304. Tum etiam, quoniam summus Pontifex Dispensando
dat solam facultatem contrahendi, non autem approbat, quod illi-
cité factum est. *Gratian. tom. 1. disc. for. c. 138. n. 47.*

305. Et hæc prædicta obtinere videntur, quando nimirum
de matrimonio contrahendo, certis nimirum casibus & positis ter-
minis habilibus, sermo est. Quando autem de matrimonio jam
contracto iterum dissolvendo loquimur, non abs re quæritur, an
Dispensatio intervenire possit? Et respondetur, quod non: cum
nemo regulariter possit dissolvere matrimonium copulâ consum-
matum. *cap. ex publico. 7. de convers. conjug. Barbof. p. 2. Rubr. n. 13. & n.*
15. ff. Sol. Matrim. Kitzelius in Synops. matrim. c. 3. theor. 14. lit. d.

306. Dico regulariter: nam quandoque matrimonium
etiam copulâ consummatum rectè dissolvi posse, vel in adulterio
& malitiosâ desertione, plusquam manifestum est, ut videre licet
in *C. I. A. lib. 24. tit. 2. per tot. Cypr. part. 2. de jur. connub. c. 11. n. 1. Be-*
fold. consil. 554. David. Chytræ. ad c. 24. Deuter. fol. 44. Sichard. consil.
matrim. 4. nu. 36. Reusn. decis. 8. tib. 3. Philip. Melancht. in consil. Theol.
fol. 642. & seqq. Balduin. de casib. conscient. lib. 4. c. 13. num. 7. & 8. Sed
quid si nuptiæ sine patris, in quorum potestate liberi sunt, consen-
su contractæ sint, non abs re quæritur, utrum se non integrâ dissol-
vi possint? Et negativam defendunt allegati magno numero à *C.*
I. A. lib. 23. tit. 2. §. 10. pr. Affirmativam autem tuetur *Nobilis at-*

que Consult. Dn. Ludvvel. in Disput. ad Inst. D. 2. θ. 5. lit. d. Ampliffimus atque Excellentissimus Dn. Kob. in comment. ad Inst. vers. consensum habeant Parentum. quest. 3. Dn. Conrad. Rittersh. ad pr. Inst. de Nupt. p. 66. Dn. Locam. quest. 29. Sutholt. Diss. 2. θ. 58. Arum. Exerc. 2. q. 2. Hænon. Disput. 2. q. 10. Harp. ad pr. Instit. de Nupt. n. 119. Schneidevv. p. 2. de Nupt. n. 35. & 36. Berens. Diss. 1. them. 4. q. 9. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Diss. 6. θ. 5. lit. c. Alber. Gentil. lib. 4. de Nupt. c. 7.

307. Nec dispensare contra substantialia matrimonii; cum apertissimi juris sit, matrimonium esse individuum vitæ consuetudinem, & consortium divini & humani juris. § 1. de patr. potest. l. 1. de rit. nupt. can. 1. ca. 27. q. 2. Sanchez. d. Diss. 8. n. 9.

308. Ut uxor non tantum conjunctissima persona dicatur. Cothm. resp. 34. n. 35. & seq. Vol. 4. omniaq; bona cum marito possideat. Meichsn. decis. 6. n. 2. tom. 1. licet alter pro altero conveniri nequeat. t. t. C. ne uxor pro marito. Gail. 2. O. 90. Consil. Argentor. 90. q. 6. pr. Vol. 1.

309. Verum etiam cum marito pro unâ habeatur. Dn. Præses in reb. suis quotid. sect. 1. θ. 16.

310. Tum etiam, quoniam Moses quidem vetat matrimonia in gradu prohibito, attamen de facto contracta & consummata non dissolvit, sed saltem addit pœnam: portabunt, inquit, ambo iniquitatem eorum, & sine liberis morientur. Levit. c. 20. Beust. in tr. de jur. connub. p. 2. q. 52. Dedeken. d. sect. 1. tit. 2. n. 2. col. 344.

311. Quod usque aded verum est, ut matrimonium semel legitimè perfectum neque Dispensatione aliqua, neque sententiâ judicis. cap. 7. Extr. de sent. & re jud. neque consensu ipsorum conjugum. Dec. ad l. 35. de R. I. neque ullo alio modo, vel facto humano dissolvi possit. cap. 2. Extr. de translac. Episc. can. an. quod. 2. & can. quos Deus. 18. ca. 33. q. 2.

312. Etiam si unus ex conjugibus postea demens factus fuerit, aut furiosus. l. 8. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. can. hi qui. 25. can. neque furiosus. 26. ca. 32. q. 7. Barbof. p. 2. Rubr. n. 27. & 28. ff. Sol. Matrim. Speckh. cent. 3. q. 4. per tot. Ant. Fab. in Jurispr. sua tit. 9. pr. 5. collat. 14. Carpz. p. 4. Jurispr. sua Constit. 20. def. 11. Kitzel. in Synops. matrim. c. 8. theor. 7. lit. d.

313. Quod tamen de jure Civili limitationem patitur: nam, quamvis regulariter eo jure furor contractas nuptias non dirimat. l. 16. §. ult. de rit. nupt. dirimitur tamen, si furor nimis ferox sit & perniciosus. l. 22. §. 7. ff. sol. matrim. C. I. A. l. 24. tit. 2. θ. 12. f.

314. Aut

314. Aut si factus fuerit paralyticus, claudus, cæcus, leprosus. *cap. 25. Extr. de jurejur. cap. 1. & 2. Extr. de conjug. leprof. Cypr. de jure connub. p. 2. c. 11. n. 4. Cod. Fabr. lib. 5. tit. 12. def. 2. Alber. Gentil. lib. 6. de Nupt. c. 19. Barbof. p. 2. Rubr. n. 27. & seqq. ff. Sol. Matrim. Köpp. Enucl. 2. n. 88. & seqq. Dec. 3.*

315. Aut impotens, vel alio morbo aut calamitati obnoxius. *d. can. hi qui. 25. ca. 32. q. 7. cap. consultationi. 4. de frig. & malef. Wigand. in tract. de divort. §. propter morbos. Beust. de matrim. part. 2. cap. 11. 12. Arnisæus de jur. connub. sect. 8. cap. 6. n. 22. & cap. 7. Mentz. de matrim. tit. de divort. Kitzel. d. c. 8. theor. 7. lit. e.*

316. Aut si à fide desciscat, & infidelis efficiatur. Tunc enim, quamvis infidelitatem & imparem cultum justam divortii causam esse Pontifices & Canonistæ asserant: *can. Iudei. 10. ca. 28. q. 1. Panorm. cap. 1. de Sponsal. Covarr. p. 2. de matrim. c. 6. §. ult. c. 7. §. 4. n. 8. neque etiam nos ejusmodi matrimonia approbemus, sed ob varia incommoda, quæ nasci inde possunt (de quibus pulchrè distulit Arnis. de Jur. Connub. c. 6. sect. 5. nu. 1. & seqq.) omnibus modis contrahenda dissuadeamus: Contracta tamen ab Ecclesia, ex sola infidelitatis causa, ne Dispensatione quidem rescindenda esse statuimus, per text. 1. Corinth. 7. vers. 12. 13. 14.*

317. Cum absolum omninò sit, quòd Canones verbum ^{τοσπειας} Matth. 19. v. 9. ita latè extendant, ut quodvis penè vitium comprehendat. *can. idololatria. 5. ca. 28. q. 1. Ea enim, si mens Salvatoris fuisset, non rimulam divortii jam obstruxisset, sed latam portam aperuisset frivolo cuiquam divortio. C. I. A. lib. 24. tit. 2. §. 11.*

318. Item, etiam si alteruter conjugum furtum, latrocinium, vel simile, aut majus delictum perpetraverit, matrimonium tamen dispensatione non dissolvitur. *Barbof. p. 2. Rubr. n. 29. ff. Solut. matrim.*

319. Hinc etiam non dispensari potest, quod Rex dimittat uxorem sterilem, & aliam ducat in uxorem. *German. Consil. tom. 3. conf. 1. q. 3. n. 13.*

320. Licet enim hoc casu cesset finis primus conjugii, videlicet generatio prolis, viget tamen adhuc finis secundus, qui est societas, & consortium vitæ individuum, præsertim, cum firmitas matrimoniorum æstimetur ex articulo temporis, quo contrahebantur. *Arnis. de jur. Connub. c. 6. sect. 9. num. 6. Carpzov. p. 4. prax. forens. constit. 20. def. 11.*

321. Nec jura permittunt, ut quis lapsò certo tempore uxorem dimittere possit. Schrad. *ad tit. de Nupt. n. 16.*

322. Multò minùs, ut quis, meretriciis blanditiis inductus, discedere possit. Schrad. *d. loc. n. 17.*

323. Et hæc de Dispensatione circa matrimonialia: ubi Coronidis loco duo addere visum fuit. Primum est, quòd Dispensatio rarò felices nuptias faciat. Ludov. Tuber. *de tempor. suis lib. 7. fol. 179.*

324. Alterum, quòd Principes illud cavere debeant, ne factà Dispensatione matrimoniorum in gradibus prohibitis, nuptiarientes, in locis, ubi matrimonium contractum est, maneant, sed aliò sese conferant, ne rei turpis memoria, vel offendat probos, aut improbos ad similia prava studia, perducatur. Heig. *lib. 2. quest. 22. num. 56.*

DE DISPENSATIONE LEGITIMATIONIS NATURALIUM ET Spuriorum.

325. Dispensatio legitimationis naturalium & spuriorum est, quoties dispensatur ad successionem, vel alios actus civiles, quorum quis antea incapax erat de jure, non obstante, quòd sit & remaneat illegitimus: quando videl. jus personæ, non persona juri accommodatur. v. gr. si quis, licet spurius sit, ad succedendum patri habilitetur, Dispensatio propriè erit: quia jus relaxatur, persona autem non alteratur. Joh. del Castill. *lib. 4. quotid. controvers. 6. 22. n. 133. & 134.*

326. Licet enim Dispensatio cum legitimatione I. conveniat genere, ita, ut legitimatio in latà significatione sumpta, Dispensationem & legitimationem in specie sub se comprehendat. Greven. *conclus. 242. confid. 2. lib. 2.*

327. II. Etiam causâ efficiente: ut, quemadmodum legitimatio est signum supremæ potestatis. Marian. Socin. *Jun. consil. 100. n. 30. vol. 2. Decian. resp. 91. n. 2. vol. 2.* Ita quoque Dispensatio, ut supra cap. 3. à nobis dictum.

328. Et III. quoque formâ. Sicuti enim in legitimatione requiritur causæ cognitio, ita, ut necessaria sit expressio, quomodo

modo legitimandus natus sit, an ex soluto & solutâ: item exprimendus numerus legitimorum liberorum, ut & agnatorum: item, utrum mater sit vilis, an nobilis: & denique etiam de consensu legitimati, & patris, qui eundem legitimare petit, constare debeat. Decian. resp. 37. n. 1. & seqq. Vol. 1. & resp. 88. n. 32. & resp. 90. n. 17. 18. & 19. vol. 2. Peregr. consil. 6. n. 27. lib. 2. Fachin. lib. 3. controvers. c. 61. Nobilis & Excell. Dn. Ludvvel. in Disp. ad Inst. D. 2. 0. 7. lit. h. Ita quoque in Dispensatione causa, & causæ cognitio necessaria est, per cap. 28. Extr. de Prabend. Curt. Jun. consil. 75. n. 2. requiriturque citatio habentium interesse principaliter. Petr. Ant. de Petr. de potest. Princ. c. 32. n. 53. & 62. Tepat. in comp. decis. tit. 446. c. 1. Dec. consil. 308. n. 6. ut seq. cap. pluribus ostendemus.

329. Tamen hæc duo maximè inter se differunt, & I. quidem subiecto, ratione adulterinorum ac incestuosorum: in his enim patius dispensatio, quàm legitimatio propriè erit, per ea, quæ habet Bachov. ad Tr. vol. 1. Disp. 2. 0. 6. lit. G. Spin. à Cac. in spec. testam. gl. 16. in f. Sfort. Odd. de restit. in integr. p. 2. q. 91. art. 3. n. 10. Amplissimus & Excell. Dn. Ludvvel. d. 0. 7. lit. b.

330. II. Fine: legitimatio enim favorabilis est, & inventa in solatium Parentum non habentium legitimos, ut inquit text. in Novell. 74. c. 2. Decian. resp. 1. n. 146. vol. 1. Surd. consil. 337. n. 20.

331. Dispensatio autem odiosa est, & sui naturâ restringibilis, nec in eâ ulla admittitur extensio, etiam ex majoritate rationis. Joh. del Castell. d. c. 22. n. 130. Surd. d. consil. 337. num. 40. Gail. lib. 2. O. 142. n. 17. vers. sed dispensatio. C. I. A. lib. 38. tit. 6. 0. 27. Molin. de l. & l. tom. 1. tr. 2. Disp. 173. col. 680.

332. III. Etiam effectu. Legitimatio enim (in primis, si peragatur modis hodiè usitatis, per subsequens matrimonium, & rescriptum Principis: Nam in legitimatione, olim per oblationem curiæ factâ, remissiores fuisse effectus, & ita legitimatos parenti quidem suo, non etiam agnatis & cognatis parentis, factos legitimos, ex l. 3. 4. & 9. C. de natural. lib. & Nov. 89. c. 2. monuit Dn. Præses in reb. quotid. sect. 1. 0. 22. in med.) est, cum persona generaliter & absolute habilitatur, & natalibus, ingenuitati que plenè restituitur ad omnes gradus, successiones & honores, perindè, ac si quis, ex & de legitimo matrimonio, natus esset. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. membr. 1. n. 49. Tepat. in comp. decis. tit. 446. c. 1. Menoch. consil. 227. num. 33. vol. 3.

332. Ita

333. Ita, ut spurius per legitimationem videatur renasci. Joseph. de Rustic. ad l. cum avus. 102. lib. 2. c. 15. n. 154. ff. de condit. & demonstr.

334. Plenèque legitimatedi non sint amplius turpes personæ. Vivius opin. 205. n. 24.

335. Sed dicantur de agnatione testatoris. Gratian. tom. 4. discept. forens. c. 635. n. 41.

336. Sintq; sui, & jura consanguinitatis, agnationisq; consequantur, ut ex §. 2. l. de hered. quæ ab intest. deferunt. deducunt Dn. Præf. in dict. reb. quot. sect. 1. §. 20. post. med. & latissimè Conrad. ab Eim. fidel. de regal. cap. 2. n. 84. Sichard. consil. matrim. 3. n. 74. Farinac. decis. R. R. 486. Tiraq. ad l. si unquam. gl. donatione largitus. num. 278. C. de revoc. donat.

337. Et testamentum patris de inofficioso accusare possint. Surd. consil. 373. n. 11. Gail. O. 140. lib. 2. n. 4.

338. Excludantq; substitutum. Petr. Ant. de Petr. de fideicom. quest. 11. fol. 278. & seq. Tapat. tit. 450. c. 6. & t. 451. c. 4.

339. Und das sie müssen bey Handwercks Zunfften passiren werden. Carpz. p. 2. Jurispr. forens. Constit. 6. def. 12. & seqq.

340. Dispensatio verò est, quando peculiariter tantum ad quosdam actus fit legitimatio. C. I. A. ad tit. ff. si tab. testam. extab. unde liber. n. 27. Petr. Ant. de Petra. d. q. 11. n. 239. fol. 266. & 295. Surd. consil. 337. n. 38. Altdorff. consil. 107. fol. 708. Decian. resp. 19. n. 39. vol. 1.

341. Sive, quando filius particulariter habilitatur. Gabriel. conclus. 8. de legitim. lib. 6. Jos. de Rustic. ad l. cum avus. 102. lib. 2. c. 15. n. 38. & c. 16. n. 22. de condit. & dem. Gail. 2. O. 142. n. 17.

342. Vel, si non legitimatur in totum. Valasc. consult. 175. n. 7. Curt. Sen. consil. 73. n. 6. Curt. Jun. consil. 75. n. 1. Molin. de I. & I. tom. 1. tr. 2. disp. 137. n. 5. col. 681.

343. Ita, ut ejusmodi dispensati non excludant substitutum. Surd. consil. 552. n. 28.

344. Et, non nisi in portione certâ, extantibus legitimis & naturalibus, succedant. Gail. d. lib. 2. obs. 142. n. 6. C. I. A. ad tit. ff. si tab. test. extab. unde liber. n. 27.

345. Nec contineantur sub Statuto, quod loquitur de legitimatedi. C. I. A. d. loc. Menoch. 3. consil. 272. n. 43.

346. Et, licet tollatur macula, per quam quis redderetur incapax successionis, & jus regenerationis quasi tribuatur, per l. 23. §. 1. vers.

16
§. 1. vers. presenti. C. de nupr. cum Dispensatio idem operetur, quod factum de jure communi, adeo, ut taliter Dispensati sint tuendi, ac si de jure communi possiderent. Gratian. tom. 5. discept. for. cap. 536. num. 3. & 4.

347. Tamen in casu tantum dispensato habentur pro legitimis, non ultra, adeo, ut in reliquis actibus objectionem illegitimæ nativitatis effugere non possint. Specul. sub Rubr. de Dispensat. C. l. A. supra d. loc.

348. Cum Dispensati ad unum defectum, non censeantur dispensati ad alium. Surd. consil. 523. n. 27.

349. Et limitata causa limitatum producat effectum. l. 16. de acquir. ver. dom. l. 2. de his, quæ in testam. del. Gail. d. O. 142. n. 6. in f. Surd. d. consil. 337. n. 40.

350. Inclusioque unius sit exclusio ceterorum. Petr. Wesenb. consil. 18. n. 13. & 14.

351. Contingit autem ejusmodi Dispensatio Legitimationis, quando quis consequitur officium nobile, item nobilitatem patris, vel succedit in illo, quod pater illi voluerit relinquere, quæ propriè dicitur Dispensatio, non legitimatio. Spin. à Cacer. in Spec. Testam. gl. 1. n. 9. Joh. Bapt. Cost. in prax. convent. p. 1. n. 108. Surd. consil. 453. n. 5. Francisc. de Caldas ad l. si Curatorem. 3. in verb. sine Curatore. n. 2. C. de in integr. restit.

352. Si nimirum & illud concurrat, quod is, de quo quæritur, tantum restrictè habilitatus sit: secus verò, quando persona plenè habilitata, & successio restricta esset.

353. Tunc enim Dispensatio non erit, sed manebit legitimatio. Gabriel. d. conclus. 8. de legitim. lib. 6. n. 17. Peregr. consil. 76. n. 15. lib. 3. Molin. de l. & l. d. disp. 173. n. 6. col. 581.

354. Potest enim esse, quod filius perfectè remaneat legitimus, & tamen non habeat jus succedendi. Videmus namque, quod filius vivente patre possit renunciare successioni, cap. quamvis. 2. de pact. in 6. Dn. Conrad. Rittershus. in expos. Novell. p. 6 c. 4. n. 8. & p. 7. c. 9. n. 3. cum nihilominus remaneat legitimus, & filius maneat in potestate, licet sit exheredatus; (inde enim fit, ut exheredatis pupillariter substitui possit. s. non solum. 4. l. de pupill. substit. quæ tamen substitutio tantum in liberis impuberibus, quos in potestate quis habet, locum obtinet. pr. d. t. Locam. in quest. iust. 233.) quia successio de

fio de substantiâ essentiali legitimationis non est. Curt. Sen. *consil.* 73. n. 6. Gratian. *tom. 3. disc. for. c. 495. n. 27. 28. & 29.*

355. Suntque talia potius ex factis decidenda, quam ex simplicibus verbis. Greven. *d. conclus. 142. consid. 2. n. 2.* Molin. *de l. & l. d. disp. 173. n. 5. col. 681.*

356. Et hæc, quæ de legitimatione contradistincta à Dispensatione dicta sunt, in liberis ex complexu parentum, qui tempore conceptionis de jure divino jungi non prohibebantur, procreatis procedunt, non item, econtra, quando matrimonio copulari prohibebantur. Tunc enim Dispensatio, non legitimatione censebitur. Menoch. *consil. 842. n. 5.* Betf. *de pact. illustr. famil. cap. 6. fol. 172.* Surd. *d. consil. 337. n. 37.* Raudens. *resp. 28. n. 3. lib. 2.* Peregr. *consil. 1. tom. 3.* Besold. *de Regal. c. 2. n. 3.* Tepat. *in comp. decis. d. tit. 446. c. 1.*

DE DISPENSATIONE CIRCA CRIMINA.

357. Sequitur nunc, ut de Dispensatione circa delicta quæque agamus, an videl. Magistratus possit in capitalibus suppliciis semper & ubique dispensare? In quâ tractatione distinctè procedendum erit, & 1. quidem discernenda sunt scelera, quorum quædam sunt per se, ac suâ naturâ capitalia, utpotè, quæ directè in ipsum DEUM committuntur, veluti Magia, blasphemia; vel, quæ contra humanam naturam directè pugnant, ut Sodomia, bestialitas; vel, quæ Civilem societatem penitus destruunt, ut latrocinium, homicidium voluntarium &c. In quibus coercendis honoris divini, & humanæ societatis, ac civium incolumitatis ratio habenda, ita, ut in his delictis, tanquam lege divinâ prohibitis, nec summus quidem Princeps mortis pœnam remittere possit, adeoque nec dispensare. Carpzov. *prax. crim. p. 3. q. 150. n. 29.* Petr. Theodor. *in Coll. crim. Disp. 10. §. 7. lit. B.* Conrad. von Einsidel *de regal. c. 2. n. 67. p. 195.*

358. Etsi enim jus Dispensandi inter Regalia, seu Jura Majestatis referatur, ita, ut Princeps hisce præditus veniam Reis tribuere haud prohibeatur, juxta veriores Jctorum sententiam per l. 4. l. 31. §. 1. *de pœn.* Heig. *p. 2. q. 22. n. 6.*

359. Attamen hoc ipsum ad ejusmodi delicta neutiquam est extendendum, ut in specie de homicidio hoc ipsum demonstrat Carpzov. *in d. quest. 150. n. 31. & de L. R. Germ. c. 9. sect. 11. n. 12.*

360. Quan-



360. Quando ergo inferior, Princeps etiam summus, in or-
be terrarum est ipso DEO TER OPT. MAX. homicidas ul-
timo supplicio afficere iubente: tanto minus hic summi huius le-
giferi placitis contravenire potest: quin & nominatim hæc mise-
ricordiæ species improbat. *Deuter. 13. vers. 8. Hebr. 10. vers. 26.* cum-
primis in cæde hominis, ne pretium ullum ab homicida ob vitam
accipiatur. *Exod. 21. vers. 12. Genes. 9. vers. 5. & 6. Numer. 35. vers. 31.* ubi uni-
ca expiationis forma ponitur, videl. sanguis ejus, qui sanguinem
fudit. *Carpzov. in prax. forens. Constit. 9. def. 7. ubi defin. anteced. 6.* ob
eandem rationem contendit: non valere Statutum homicidii reos
à pœnâ eximens, præsertim, si pecuniariam duntaxat multam ho-
micidis indicaret, vel carcere perpetuò reum detineri juberet.
Cum nihil ex ratione humanâ etiam probabili contra expressum
DEI mandatum, nedum aliud per Statutum, vel Consuetudinem in-
troducendum sit. *Titaq. de pœn. temper. caus. 47. n. 15.*

361. Quædam verò scelera ex Magistratus Constitutione dun-
taxat sunt capitalia, veluti crimen furti & venationis, & hæc iterum
vel pœnas legibus expressis definitas, vel iudicis arbitrio relictas
habent. Hoc casu facilius, illo verò difficilius conceditur. Aut
enim adest aliqua rationabilis causa, aut non. Si adest, iterum di-
stinguendum videtur: aut enim causa cohæret delicto, aut non. Si
cohæret, dicendum, quòd in benè constitutâ Rep. delictis convi-
ctis, aliquando Dispensationi locus esse possit. *Reusn. decis. 16.*
miscell. 4. lib. 2.

362. Ita, ut Princeps ex ejusmodi causa in pœnis tam lega-
libus, quam bannimentalibus & Statutariis rectè dispenset. *Vasq.*
lib. 1. illustr. controvers. c. 14. n. 4. Farinac. lib. 2. consil. 121. n. 13. & 25. Fon-
tanell. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 13. p. 2. num. 69. Petr. Theodor. in Coll.
crim. disp. 10. 9. 7. l. B.

363. Hocque ipsum variis non tantum textibus juris proba-
tur, videl. *l. 11. l. 13. l. 22. ff. de pœn. l. 3. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 5. de*
re milit. cap. 4. Extr. de offic. & potest. jud. deleg. cap. 11. Extr. de transact.
cap. 4. Extr. de jud.

364. Verum etiam Sanctione Carolinâ, quæ sæpius pœnam ali-
cujus delicti, aliàs certam, ac legibus definitam, pro ratione circum-
stantiarum, qualitate facti, & cõditione personarum immutari ac mi-
tigari jubet, veluti *in art. 160. vers. Mehr soll erlassen werdẽ der Stand*
und

vnd das Wesen der Personen & artic. 159. vers. oder sonst nach gelegenheit der Person vnd ermässigung des Richters in andere Weg gestrafft werden re. item artic. 167. vers. der ist nach gelegenheit der Person vnd vnd Sachen re. item art. 172. vers. diese Diebe sind zum Tode nach gelegenheit der Sachen re. item artic. 109. vers. Wo aber jemand Zauberey gebraucht re.

365. Et tandem etiam rationibus. Committuntur siquidem delicta diversis qualitatibus & circumstantiis, quarum una aggravat delictum, alia minuit, alia diversificat, alia producit seu infert delictum, ex quibus crimen ipsum quandoque fit excusabile, quandoq; autem magis atrox & odiosum. c. 6. pr. Extr. de homicid. vol. & cas. l. 4. C. ad L. lul. de adult. l. 38. §. 8. ff. eod. tit.

366. Ita, ut ex quoque pœnæ, quæ à legibus præscriptæ sunt, nec regulariter ex arbitrio iudicis pendere solent, augeri ex aliqua magna causa, propter enormitatem videl. delicti, Berlich. concl. 43. num. 22. p. 5. per Magistratum possint, Sixtin. cons. Marpurg. 10. n. 18. vol. 2.

367. Vel etiam minui, ut rectissime recedatur à regulis juris communis. Gail. de P. P. lib. 2. c. 3. n. 25. Moller. lib. 3. Semestr. c. 17. Mynsing. ad §. f. de Iur. N. G. & Civ.

368. Si verò causa non cohæreat delicto, sed extrinseca sit, propter quam delictum simplex dici nequit, secundum Sese in Resp. de Syndic. n. 59. tunc rursus inter Magistratus Majores & Minores distinguendum erit, ut illi quidem dispensare possint, hi non item. Scacc. de iud. lib. 1. c. 12. n. 93. Reusner. decis. 19. lib. 2. per tot. Wesenb. consil. 26. n. 68. & 69. Anon. Spirens. resp. 43. fol. 266. Ziegler. ad Calvol. §. Civitas. in limitat. Decian. in tr. crim. lib. 4. c. 45. Carpzov. rer. crim. p. 3. q. 142. per tot. qui n. 38. hanc distinctionem Sanctioni Carolinæ convenire ait.

369. Maximè, cum facultas Dispensandi in pœnis solis supremis Principibus competat. Philip. Matth. cons. Marp. 27. n. 12. vol. 2. Sese de inhib. c. 1. §. 5. n. 4. Carpz. d. c. 9. sect. 11. n. 2. & 3.

370. Quoniam ille solus derogat legi. Phil. Matth. d. consil. 27. num. 58.

371. Et pœnæ delictorum tam corporales, quam pecuniariae per ipsum remittuntur. Moller. lib. 3. Semestr. c. 31.

372. Tametsi pars contradicat. Cod. Fabrian. lib. 9. tit. 25. def. 1.

373. Quod ita tamen intelligendum, si pars contradicens non



non lædatur, aut damnum sentiat, vel si Reip. non sit damnosum.
Gutierrez. Canon. Quest. lib. 2. c. 15. n. 87.

374. Hincque Torreblanca: quod si crimen non sit enorme, & vita Rei valde utilis, atque Reip. necessaria, nec adsit accusator, quod inquam, supremus iudex pœnam debitam relaxare possit, inferior tamen minimè, de Magia lib. 3. c. 13. n. 31.

375. Prædicta tamen obtinent, si, uti dictum, causa pia, iusta & manifesta in Dispensatione circa ordinarias pœnas subsit: alias, si hæc defecerit, nec potest, nec debet Princeps ab ordinariâ pœnâ abire, adeoque nec dispensare. Cothm. resp. 2. n. 73. vol. 3. Valq. illustr. controvers. lib. 1. c. 15. n. 4. Carpz. d. c. 9. sect. 11. n. 7. & seqq.

376. Cùm publicè interesse Imp. Dioclet. & Maximin. rescripserint, pœnam non facilè remitti, ne ad maleficia temerè quisquam profiliat. l. 14. C. de pœn. Id enim usu venire plerumque, ut veteris delicti impunitas, consuetudini potius, quàm emendationi, deputetur, apparet ex l. nemo. 3. Cod. de Episcop. aud. Conrad. von Einsidel de regal. c. 2. n. 67. p. 193.

377. Causa autem iusta non est, quam quis ex commiseratione sibi ipsi fingit, sed cui leges suffragantur. Moller. lib. 1. Semestr. cap. 17. num. 11.

378. Attentis videl. personarum, temporum, vel rerum conditione & circumstantiis, intuitu videl. pietatis, vel utilitatis, aut necessitatis personæ, & pro eventu rei. l. 16. pr. & §. 1. ff. de pœn. Dn. Præses in dd. reb. quotid. sect. 5. §. 192. in nor. lit. m. m. m. Coler. ad c. et s. Clerici. 4. n. 56. Extr. de judic.

379. Tunc enim in atrocissimis quoque sceleribus, etiam eo casu, quo omnia legitimè probata sunt, res sic temperanda erit, ut secundum facti circumstantias & qualitates dispensetur. Cothm. resp. 29. n. 302. vol. 3.

380. Suntq; hæc causæ in Dispensatione intervenientes exprimentæ, cùm aliàs quoque iudex, quando ex causâ à jure communi recedit, eam causam in suâ sententiâ adscribere debeat. l. sciendum. 6. ff. de appellat. recip. Valq. lib. 1. illustr. controvers. c. 14. n. 5.

381. Quod tamen de expressione generali non speciali intelligendum existimat Scacc. de judic. lib. 1. c. 12. num. 95. Gail. de P. P. lib. 2. c. 9. n. 23.

382. Effectus hujus Dispensationis primus est, ut super crimine publico, super quo publicè dispensatum est, non possit quis ulte-



ulterius accusari. *cap. 9. Extr. de fil. Presbyt. can. 6. Extr. de accusat. nec
amplius molestari. Clar. in pract. crim. §. f. 9. 59.*

383. Alter, ut aboleatur infamia per Dispensationem factam
ab eo, qui potestatem habet dispensandi, quando videlicet pec-
nam crimini debitam remittit. *Specul. sub Rubr. de Dispens.*

384. Tertius, ut non profit relapsis, imò statim, quando illi
committunt eadem, vel alia crimina, censeantur commodo ipsius
Dispensationis omnimodò privati, & puniri debeant, ac si Dispen-
sationem nunquam obtinuissent. *Tepat. in compend. decis. tit. 49. c. 7.*

385. Quartus denique, quòd gratia, seu delicti remissio, per
Principem facta, juri, ex delicto parti offensæ quæsito, non præju-
dicet. *Tepat. d. c. 7. Carpzov. de leg. Reg. German. d. c. 9. sect. 11. n. 6.*

CAPUT VI.

DE

CAUSA INTERNA FORMALI.

386. Forma Dispensationis iterum consideratur vel ex parte con-
cedentis, vel ex parte impetrantis. Ex parte concedentis, justa &
minus dolosa Magistratus reformatio requiritur: aliàs esset nulla,
nec prodesset petenti, nec obesset eis, contra quos petitur. *Köpp.
Enucl. 2. n. 10. Dec. 2.*

387. Dispensatio igitur adversus prohibitiones juris com-
munis, non nisi ex justâ causâ, conceditur, ut in specie circa matri-
monia, delicta &c. capite præcedenti à nobis dictum est. *Peregr.
consil. 72. n. 4. Socin. Jun. consil. 142. n. 23. Vol. 1. Sanchez. tom. 3. de matr.
Sacr. lib. 3. disp. 17. n. 14.*

388. Ita, ut secundum Raud. necesse sit adesse derogatoriam:
Non obstante, *resp. 20. n. 33. lib. 2.*

389. Cùm sine prædicta causa potius videretur dissipatio. *Petr.
Ant. de Petr. de Potest. Princ. c. 27. n. 27. Francisc. de Caldas ad l. si Cura-
torē. 3. in verbo: sine Curatore. n. 53. C. de in integr. restit. Decian. resp. 88. n. 49.
vol. 2. Beroius quæst. 31. n. 4. Sese de inhib. c. 4. §. 3. n. 15. Gutierrez. Canon.
quest. lib. 1. c. 17. n. 43. Menoch. lib. 2. presunt. 20. Covarr. 4. Decret. p. 2.
§. 9. c. 6. n. 2. Camill. Gallin. de V. S. lib. 10. c. 33. n. 49.*

390. Et quamvis nonnulli eâ opinione ducantur, solam
voluntatem esse sufficientem Dispensandi rationem, cùm sola Prin-
cipis voluntas sit causa inducendæ obligationis, nec Princeps legi-
bus

bus suis astringatur. *l. digna vdx. 4. C. de legib.* dicendum tamen, quem-
cunque Legislatorem, etiamsi supremus Princeps sit, reum esse
culpæ, dispensando cum aliquibus absque causâ legitimâ etiam in
propriis legibus. *l. relegati. 4. ff. de pæn.*

391. Cùm offendat æqualitatem, quam justitia erga omnes
servari petit. *can. 2. dist. 9.*

392. Sitq; actus rationi dissonus, & offensionis ansam cete-
ris subditis jure optimo præbens, cedatq; non rarò in aliorum in-
juriam. Sanchez. *de matrim. Sacram. tom. 3. lib. 8. disp. 18. n. 3.*

393. Quæ autem illæ legitimæ causæ sint, partim ex causa
efficiente minùs principali impulsiva, partim ex causâ finali col-
ligere licet, inter quas tamen elucere videtur utilitas publica, cui
hoc loco addere visum est, quod diversimodè illa consideretur, &
1. quidem in extinctione magnæ litis, cùm pax civium maximè
conducat, sitq; salutare bono publico. *Mev. de Amnist.*

394. Deinde etiam in conservatione divitiarum in unâ eã-
demq; cognatione, ne causâ dotis distrahantur ad aliam cognatio-
nis familiam, quando eæ amplissimæ sunt; cùm bono publico non
parùm conveniat familias locupletes, ac integras conservari. *l. 1. §. 13.
vers. publicè. ff. de ventr. inspici.*

395. Et denique etiam in excellentiâ meritorum, sive Di-
spensationem petentis, sive ejus, cui petitur, quòd fortè se strenudè
gesserit in militia contra infideles, aut alii ministerio ad bonum
commune conferenti vacaverit. Tunc enim maximè expedit re-
munerari hæc, ut ad hæc exercenda homines animosiores reddan-
tur. *can. tali conjugio. 17. ca. 1. q. 7.*

396. Formale requisitum ex parte impetrantis est, ut debi-
tâ observantiâ litteras gratiæ genibus flexis præsentent. *Tepat. in
comp. decis. tit. 45. de grat. delict. c. 2. Petr. Theodor. in Coll. crim. Disp.
10. §. 7. lit. B.*

397. Utq; observet stylum Curiæ vel Consuetudinem,
maximè, cùm stylus Curiæ jus faciat. *cap. quam gravi. 6. Extr. de crim.
falsi. nec ab eo sit recedendum secundum Mascard. de probat. conclus.
1317 n. 15. Consuetudoq; pro lege observetur. l. 23. ff. de legib. l. 2.
de Constit. Princ. l. 183. de R. 1.*

398. Atque exprimat, & à se removeat ea omnia, quæ aliàs
Principem ab ipsius gratiæ concessione retrahere potuissent. *Clar.
in. pract. crim. §. f. q. 59. vers. debes.*

399. Et

399. Et mentionem faciat singulorum, ubi plura fuerint
obstacula. *Garc. de benef. p. 8. c. 3. n. 55. Sanchez. d. l. 8. disp. 23. n. 2.*

400. Cum difficilius concedatur Dispensatio, ubi plura
obstant impedimenta. *Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 3. cas.
203. num. 13.*

401. Quæ autem illa sint, in specie, quoad matrimonialia,
latè persequitur *Sanchez. de Matrim. Sacram. tom. 3. lib. 8. disp. 24. &
25. Molin. de I. & I. tom. 12. tr. 2. disp. 161. n. 5. col. 633.* quoad Dispensa-
tionem legitimationis naturalium, & spuriorum. *Menoch. de arbitr.
jud. quest. lib. 2. cent. 3. cas. 201. & 203. & quoad delicta. Petr. Theodor.
in Coll. crim. Disp. 10. §. 7. lit. B.*

402. Aliàs Dispensatio non solùm taciturnitate eorum,
quæ inducerent Pontificem ad eand. denegandam, sed etiam eo-
rum, quæ ipsum redderent difficiliorem ad concedendam eam, vi-
deretur subreptitia. *German. Consil. tom. 3. cons. 3. q. 3. n. 1. 3. 8. & 11.*

403. Quæ subreptio postmodum, licet modica, eandem ipso
jure vitaret. *Peregr. consil. 72. n. 3. lib. 1. Köpp. d. Enucl. 2. n. 11.*

404. Orta videlicet ex falsâ causâ, quæ Dispensationem
invalidam reddere solet. *Myns. ad c. 7. n. 7. Extr. de fid. Instrum.*

405. Hinc una Dispensatio non tollit omnes defectus, sed
tot debent esse Dispensationes, quod obstacula, ut ex cap. seq. quoq;
apparebit. *Gratian. tom. 2. disc. forens. c. 397. n. 39.*

406. Et Dispensatio secunda, ut valeat, debet in eâ mentio
fieri primæ. *Gutierrez. Canon. quest. lib. 2. c. 15. n. 91. Sanchez. de matr.
sacram. tom. 3. lib. 8. disp. 22. n. 20.*

407. Item, si plures Dispensationes circa idem concurrant
& plura obstant, non sufficiet generalis derogatio. *Molinæ. ad reg.
Cancell. 18. n. 132.*

408. Causæ itaq; cognitione & hâc opus erit, aliàs Dispen-
satio non tenebit, post *Gozad. & Guidon. Pap. Seraph. de Seraph. de
privil. juram. privil. 94. n. 6.*

409. Unde colligitur, quodd etiam citatio necessaria sit. *C.
I. A. tit. si tab. testam. extab. unde liber. §. 27. Petr. Ant. de Petr. de po-
test. Princ. c. 32. n. 53. Gabriel. concl. 1. n. 151. lib. 2. de Citat. Surd. cons. 337.
n. 39. & cons. 552. n. 30. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 11. tit. 11. n. 13.*

410. Ubiq; enim requiritur causæ cognitio, ibi quoque
Citatio necessaria est, per *l. 39. de adopt. l. 47. de re judic. Wesenb. in
ff. de damn. infect. n. 6.*

411. Cæ.



411. Cæterùm non sufficit impetran-
tem exprimere omnia; ita,
ut de iis fiat cognitio & citatio: Verùm
ulteriùs quoq; requiritur, ut
hæc ipsa causa per impetran-
tem probetur, cùm, eâ non probatâ,
Dispensatio penitùs effectu careat,
per l. 2. C. de his, qui ven. etat. impetr.
Peregr. consil. 72. n. 5. lib. 1. Mascard. de
probat. conclus. 122. Sanchez. d.
lib. 8. disp. 30. (ubi latè differit, quo
tèpore causæ hæc verificandæ sint.)
Petr. Theodor. d. 7. lit. B. Gilhaus. in A. I. Civ. c. 6. p. 1. de probat. §. 186. n. 1.

412. Proptereaq; ejusmodi Dispensatio
scripturam quoque exigere videtur.
Afflict. decis. 243. n. 4.

413. Quoad effectum scil. probationis.
Afflict. decis. 253. n. 4.

414. Quæ tutiùs & faciliùs fieri potest
per scripturam, quàm per testes.
Mascard. de probat. conclus. 123. n. 3.

415. Cùm homines mortales & diarii
sint, quibus etiam postmodùm
defunctis inopia & difficultas
probationis oriri potest: scriptura
verò immortalis & semper loquatur.
Dn. Rittershus. in Partit. feud. lib. 1. c. 9. n. 1.

416. Hinc Dispensatio & personarum
habilitatio præsumi non debet,
nisi quatenùs expressè & legitimè
de ea constiterit. Vant. de nullit. sentent. tit. quis possit dicere de Nullit. 4. n. 43.

417. Etiam ex antiquitate temporis.
Cravett. de antiq. tempor. p. 3. §. 1. n. 20. & 21. fol. 265.

418. Aut ex diuturnâ possessione,
etiam longissimi temporis.
Puteus decis. 139. n. 4. & decis. 257. n. 3. lib. 3.

419. Cùm cesset Dispensatio
præsumta, ubi non solet dari
vera. Gratian. tom. 2. disc. forens. c. 397. n. 41.

420. Intellige ex una causa; non
tamen ex pluribus. Ex his enim
rectè præsumitur, ut notat Mascard. d. conclus. 123. n. 5.

CAPUT VII

DE

EFFECTU DISPENSATIONIS.

421. Absolutâ jam tractatione
introducendæ Dispensationis, quæ
in causis tam externis, quàm
internis consistebat, pergitur
ad tractationem jam introductæ
dispensationis, quæ cùm effectu
tùm etiam interpretationem in se
continere videtur.

422. Effectus autem primarius
Dispensationis est vel generalis,
sive communis: vel specialis,
sive proprius.

423. Generalis, sive communis
omnium Dispensationum
primus

primus est relaxatio legum, extra casum Dispensationis in vigore manentium, quarum observatio remittitur, vis obligandi ad observantiam aut poenam inhibetur, adeoque earum virtus pro parte, & in certo subiecto tollitur.

424. Alter effectus Dispensationis generalis est, quod præsupponat veritatem esse in contrarium. Curt. Sen. *conf.* 73. n. 14.

425. Et tertius denique, quod per Dispensationem jura vulnerentur, ut in specie de jure publico testatur Puteus *decis.* 111. n. 2. lib. 2.

426. Specialis & proprius certarum specierum Dispensationis effectus variat pro diversitate objecti. Nam quoad causas matrimoniales effectus dispensationis est, quod nuptiæ aliàs illegitimæ & prohibitiæ, pro licitis & legitimis habeantur, & de effectu legitimatum conjunctionum participant.

427. Quoad causas legitimacionis naturalium & spuriorum est, quod, factâ dispensatione, macula ipsis per nativitatem adhaerens tollatur in actibus illis, ad quos specialiter sunt habitati, ut honores v. gr. nobilitatem patris, hereditatem vel, extantibus liberis legitimis, portionem hereditatis postea consequi possint, ut supra nobis dictum.

428. Quoad causas criminales effectus Dispensationis consistit, vel in omnimodâ liberatione & immunitate, vel in mitigatione poenarum à legibus delictis præscriptarum, quæ delinquentem, non obtentâ dispensatione, certo certius manerent.

429. Interpretatio Dispensationis apparet exinde, quod communiter ad id tantummodo, in quo Dispensatio facta, restringatur. *Specul. sub rubr. de Dispensat.*

430. Etsi enim concessio Principis regulariter benignam habeat interpretationem. *c. cum dilecti. 6. Extr. de donat. l. 3. de Const. Pr.*

431. Et ejusdem liberalitas non sit constringenda. *l. 26. C. de Donat. inter vir. & uxor. l. 24. C. de Donat.* ita, ut valdè appositum ab Imperatore dictum sit *in l. ult. C. de Præpos. agens. in reb.* absurdum & temerarium esse, si quis fortè Principum beneficia velit astutâ interpretatione contrahere, & restringere in angustam aliquam interpretationem, cum ea extensiva, non autem restrictiva esse debeat. *d. l. 3. de Constit. Princip.*

432. Attamen, cum non rarè natura rei gestæ, vel negotii contracti aliud exigat, ut in feudo concessio, cujus naturam in dubio & Imperatorem servare, juriq; feudali se conformare voluisse censentur.



16
censendum est. *arg. l. 4. C. de legib. Amplissimus & Consultissimus*
Dn. Ludvvel. d. tr. de ult. volunt. part. general. c. 5.

433. Maximè autem illud in materiâ hâc nostrâ contingat,
tùm contra jus commune Dispensatio permittatur. *Dec. ad l. 21.*
de R. l. n. 6. Fuscus in singul. jur. utriusque lit. P. sing. 80.

434. Atq; etiam ferè in præjudicium tertii fiat, proptereaq;
sit odiosa. *cap. 1. & 2. Extr. de fil. presbyt. Spin. à Cacer. in specul. Testam.*
gl. 16. n. 12. Decian. resp. 19. n. 38. vol. 1. Surd. cons. 453. n. 4. Joh. del Castil.
lib. 4. quotid. controvers. c. 32. n. 129. Camill. Gallin. de V. S. l. 9. c. 35. n. 3.

435. Strictissimiq; juris. *Valent. Franc. de fidejuss. c. 3. n. 160.*
Cravet. de antiq. temp. p. 4. §. 1. n. 63. Curt. Jun. consil. 75. n. 7. Valq. de
success. progress. §. 15. n. 56. Gilken. ad autb. si qua mulier. num. 29. C. de SS.
Eccles. Peregr. decis. Patav. 10. n. 3.

436. Strictissimè interpretanda erit, adque ea tantùm, in
quibus dispensatum fuit, referenda. *Peregr. consil. 1. n. 20. tom. 3. San-*
chez. de matrim. Sacram. tom. 3. lib. 8. Disp. 1. n. 3.

437. Atque ita intelligenda, ut minùs deroget juri commu-
ni. *Surd. consil. 523. n. 26. Sanchez. d. loc. n. 10.*

438. Unde, Dispensatio circa unum ex obstantibus facta,
alia obstantia non tollit. *Peregr. cons. 13. n. 9. vol. 1. & cons. 91. n. 7. vol. 4.*
& decis. Patav. 58. n. 2.

439. Et facta quoad unum defectum, non debet extendi ad
alium. *arg. l. 64. §. 9. ff. Sol. Matrim. Gratian. tom. 5. disc. for. c. 827. n. 13.*
Hartm. Pistor. q. 28. n. 19. lib. 3. Afflict. decis. 320. n. 12.

440. Multominùs ad defectum tacitum, & non expressum,
per l. 10. §. 2. de in jus vocand. German. Consil. tom. 3. cons. 3. q. 8. n. 5.

441. Cùm Dispensatio præsumi non debeat, nisi quatenùs
expressè & legitimè de eâ constiterit, ut c. præced. dictum.

442. Dispensatio igitur ad actum, super quo fit, limitan-
da. *Molinæ. ad reg. Cancell. 18. n. 29.*

443. Itaq; accipienda est, ut profit ad removendum unum
impedimentum, non plura. *Peregr. consil. 5. n. 20. lib. 1.*

444. Sufficitque eandem in minimo effectum habere.
Hartm. Pistor. quest. 49. n. 13. lib. 2.

445. Atq; adè strictè interpretanda est, ut i. ex communi
& receptissima sententia in eo non valeat argumentum à majori
ad minus. *cap. f. Extr. de translat. Episcop. German. Consil. d. consil. 3.*
§. 2. n. 3. Sive, ut extendatur ad casum habentem in se majorem ra-
tionem,

tionem, quàm casus concessus. *Garc. de benef. p. 1. c. 6. num. 58. & seq.*
Curt. Jun. consil. 75. n. 7.

446. Nec etiam 2. ut porrigatur ad casum habentem causam similem, ex quâ materia deviaret à jure communi. *Everhard. in Top. loco: à ratione legis larga. 79. n. 12.* Add. *Dn. Præf. in commento ad l. 3. §. 5. de A. vel A. Poss. membr. 2. q. 13. circa fin. p. 207. & seqq.*

447. Verbi gr. licet dispensatum sit cum filio spurio, ut possit succedere parentibus suis: tamen vigore hujus Dispensationis non poterunt parentes succedere filio spurio. *Everhard. in Top. loco: à Correlativis. 20. n. 8.*

448. Hæc tamen stricta acceptio Dispensationis ita declaratur 1. ut rectè fiat interpretatio ad antecedentia & consequentia necessaria. *arg. l. 56. & l. 62. de Procur. Camill. Gallin. de V. S. lib. 6. c. 19. n. 2. & 3. & c. 18. n. 13. Cravett. de antiquit. tempor. d. p. 4. §. 1. n. 63. German. Consil. d. q. 2. n. 12. Tapia ad rubr. de constit. Princ. c. 5. per tot. Everhard. in Topic. loco: à ratione legis larga. 19. n. 36. Vasq. de success. progress. §. 23. n. 71. Diaz. reg. 195. Cævall. quest. 829. ne aliàs frustretur effectu suo. Sanchez. de matrim. sacram. tom. 3. lib. 8. Diss. 1. n. 19.*

449. Veluti, si dispensatum cum illegitimo fuerit, quòd possit habere Episcopatum, censetur in necessarium antecedens dispensatum cum eo, ut possit presbyterari: quia sine ordine Sacerdotali regulariter non potest esse Episcopus. *Everhard. in Topic. loco: à concess. consequ. ad concess. anteced. n. 1.*

450. Similiter, si fuerit dispensatum, ut aliquis possit contrahere matrimonium cum affine, videtur etiam dispensatum, ut possit contrahere sponsalia cum eadem: quia summus Princeps concedendo Dispensationem, ut, non obstante affinitatis impedimento, contrahi possit matrimonium, videtur etiam concessisse omnia, sine quibus matrimonium contrahi non possit. *arg. l. 2. de Jurisd. l. 3. §. 3. de servit. præd. rustic. l. 10. de religios. & sumt. funer. cap. 5. & 39. Extr. de offi. & potest. jud. deleg. German. Consil. d. q. 2. n. 13.*

451. Quamvis alia ratio sit, si accessoria sint à principali separabilia, ita, ut Dispensatio super principali suum imprimat effectum absque eâ extensione: tunc enim non extenditur ad consequentia illius, sed strictè intelligenda est, *arg. l. f. §. Lucius. 4. ff. de condit. indeb. l. md.* nec extenditur ad ea annexa separabilia, quoties id, super quo principaliter dispensatur, potest sortiri effectum, licet non ita plenè & facilè, sicut id accideret, si esset dispensatum super antecedenti & consequenti. *Sanchez. d. l. n. 20. & 21.*

452. De

452. Deinde etiam prædicta stricta significatio limitatur, quod largè accipienda, si Dispensatio in corpore juris clausa sit: tunc enim, cum censeatur lex, non strictè interpretanda erit, sed recipiet omnem similis legis extensionem, nempe ad omnes casus, in quibus eadem, vel major ratio invenitur. Sanchez. *d. Disp. 1. n. 7.*

453. Quæ tamen altera strictæ significationis, seu interpretationis limitatio sublimitatur, si modo de casu isto simili non reperiat dispositio aliqua expressa legis in contrarium: tunc enim extensionem illam locum non habere ostendunt omnes illi allegati à Dn. Præside *in d. comment. q. 13. in med. p. 204. & seq. n. 1.*

454. Quicquid aliàs in aliis esset ab homine concessis. Covarr. 4. *Decret. p. 2. c. 8. §. 8. n. 11.*

455. Et denique temperatur, ut rectè extendatur Dispensatio ad id, quod concedens intendit, quoties de hâc intentione constiterit. *cap. in his. 15. Extr. de V. S. cap. 1. vers. ex parte v. tua. de concess. præbend. in 6. Sanchez. d. loc. n. 11.*

456. Erit itaque voluntas Dispensatoria Principis interdum latè, in favorabilibus videlicet, interdum strictè, scilicet in odiosis, interpretanda, ut rectè scribit Menoch. *lib. 4. presunt. 39. num. 13. & 59.*

CAPUT VIII.

DE

AFFINIBUS.

457. Affinia Dispensationis varia sunt, inter quæ maximè elucet legitimatio in specie dicta, de quâ tamen abundè à nobis actum supra *θ. 29. & seqq. in primis θ. 325. & seqq. in quibus ostensum, quo in dispensatio cum legitimatione conveniat, & θ. 329. & seqq. in quibus explicatum, in quo invicem differant, quæ nolumus hîc, apposita crambe bis coctâ, repetere. Ad alia igitur nos conferentes, primum dicimus esse privilegium, inde dictum, quod sit privata lex contra legem. *Curr. Sen. consil. 16. n. 14.* Estque, si propriè sumatur, concessio contra jus, quâ significatione convenit cum Dispensatione. Differt tamen non quidem in eo, ut Dispensatio sit interpretatio contra jus: Privilegium autem Constitutio in præjudicium tertii, quod vult Tapia *ad Rubr. de Constit.**

H 3

Constit.

Constit. Princip. c. 4. ad calcem; Verum, quando interdum largè pro concessione præter jus accipitur, ut accipi testatur Alphons. Vilagut. de extens. leg. tit. de bene. Princ. extens. fol. 139. Veluti, si Princeps concedat aliquid de iis, quæ sibi competunt, ut potestati legitimum, non erit propriè contra, sed præter jus, ac idè id privilegiū non exiget causam, quæ semper tamen exigitur in Dispensatione, ut potest, quæ semper est contra jus. Sanchez. tom. 3. lib. 8. Disp. 1. n. 1. Mandos. in prax. signat. verbo: Dispensationes. vers. hic quæri posset.

458. Et si accuratiùs res consideratur, differentia constitui potest, quòd dispensatio à delicti quidem commissi pœna liberet, in futurum autem impunitatem non promittat: privilegium autem concessum etiam ab observantia legis in futurum liberet.

459. Alterum affine est beneficium, quod differt à Dispensatione in eo, quòd illud semper consistat in benevolâ actione, in id, quod facit sponte sua paratâ, secundum Senec. lib. 1. de benef. cap. 2. & 6. & feudistam, c. un. vers. in primis te illud & c. in quib. caus. feud. amittatur. 2. F. 23. neque dicatur quis conferre beneficium, qui facit, ad quod tenetur. l. proximè. 50. de rit. nupt. Hæc verò quandoq; necessaria, ut supr. c. 2. monuimus.

460. Tertio Dispensatio cognitionem habet cum jure singulari, quòd utrumq; contra tenorem ac regulas juris communis receptum sit; differunt tamen, quòd jus singulare non præcisè in uno quopiam homine: Dispensatio verò in uno obtineat, adeoq; jus singulare ipsâ dispensatione generalius sit, per ea, quæ habet Bachov. in not. ad Tr. 1. Disp. 1. §. 6. lit. e. Rittersh. ad LL. XII. Tab. cl. 2. c. 2. Cujac. 17. observ. 8. Oldendorp. de jur. singul. tit. de var. nom. jur. singul. §. 1.

461. Quarto non longè etiam à Dispensatione abicit fictio juris, in eo in primis Dispensationi cognata, quòd semper sit contra veritatem, præsupponatq; contrariam veritatem, quòd de Dispensatione quidem jam supra à nobis dictum §. 424. Quoad fictionem autem apparet ex variis ejus definitionibus: Fictio enim est in re certa ejus, quòd est possibile, contra veritatem pro veritate, à jure facta assumptio. Bartol. in repetit. l. si quis pro emptore. 15. princ. ff. de usurp. & usucap. col. 10. pag. 102. fac. 2. Vel est indubitata falsitatis pro veritate assumptio in casu possibili, & ex justa causa ad inducendum aliquem juris effectum, æquitati naturali non repugnantem. Angel. in repetit. d. l. 15. Vel est juris dispositio, per quam non verum, possibile tamen esse verum, pro vero accipitur. Card. Florent.

16
rent. in Clem. quod circa. 6. q. 13. de elect. Vel est contra veritatem rei,
quæ fuit, vel est possibilis, à jure ex æquo & bono pro veritate as-
sumptio. Everhard. in loc. legalib. in loc. à vi fictionis. p. 666. & ostens-
sum duobus fictionis exemplis à Dn. Præsidi sup. d. comment. memb.
2. q. 12. p. 173.

462. Cognatæ quoq; invicem in eo sunt, quodd, sicut contra
fictionem juris probatio in contrarium non admittitur, secundum
gl. & Dd. in primis Paul. Castren. in l. sive possidetis. 16. C. de probat. &
Alex. 1 V. in cap. accusatus. 8. pr. de Heret. in 6. Dn. Præsidi. sup. d. loc.
quest. 12. p. 174. Ita quoq; contra dispensationem ritè factam & pro-
batam, in contrarium probatio locum non habet. v. g. Factâ à Prin-
cipe Dispensatione super gradibus suâ Cõstitutione prohibitis, vel
super delicto capitali, non admittitur probatio contraria, scil. justas
nuptias constitutione Principis esse vetitas, vel illud delictum ca-
pitali supplicio esse expiandum.

463. Differunt tamen ista duo à se invicem, r. quodd, fictio-
nes juris hinc inde occurrentes, non præcisè de uno quopiam indi-
viduo loquantur, sed de omnibus in genere intelligendæ sint, quod
pronum esset inductio e omnium specierum planum reddere: suf-
ficient exempla ex pr. vers. sed in bello. 1. de excus. tut. & Curat. l. un. pr.
& §. 1. C. de rei uxor. act. l. soluto. 2. §. voluntatem. 2. ff. sol. matrim. & c. Di-
spensationem verò in uno individuo locum habere, idq; propter
causas in aliis non occurrentes, jam sup. 9. 460. monuimus.

464. 2. Quodd Dispensationes non habeant locum in sup-
plendo id, quod facti est, ita, ut Princeps dispensando facere non
possit, ut, quæ facta nõ sunt, sine facta, quod supra sæpius monitum,
in primis 8. 191. 227. & seqq. Fisiones autem frequentissimæ sint
circa facta, ut plerumque in iis fingatur factum, quod factum non
est, fieri tamen per naturam potuit, ut in l. qui ad certum. 14. ff. locat.
Conduct. fingitur locatio in l. in rebus. 4. §. fin. ff. de precar. fingitur pre-
carii concessio: in l. §. 2. ff. de vi & vi armat. fingitur dejectio: in cla-
vibus. 74. ff. de contrah. empt. l. cum convenit. 2. C. de peric. & comod. & l.
emptionem. 1. C. de donat. fingitur ipsarum rerum venditarum & do-
natarum traditio, & infinitis aliis, quos text. congeffit Dn. Præsidi
& quest. 12. per tot.

465. Denique etiam dispensatio magnam convenientiam
habet cum declaratione, irritatione, abrogatione & derogatione
juris, ut sæpius declaratio, seu juris interpretatio pro Dispensa-
tione.



tionem, & vice versa, hæc pro illâ sumatur: quæ tamen non parùm inter se discrepant, ut declaratio juris sit, qua jus vi obligandi caret in aliquo eventu, sicque nihil aliud petit, quàm ejusmodi casum occurrere, ut in eo cesset omninò legis vis & obligatio, qualis est, si quis fame coactus, victus gratiâ alienum assumit, quo casu ita jus declaratur, ut ex furto nulla obligatio obtineat, nec furtum commississe dicatur. *cap. si quis propter. 3. Extr. de furt. Covarr. 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 9. n. 2.* & post multos allegatos Nobilis atque Excellentissimus Dn. Ludvvell. *Disp. ad Inst. 15. §. 2. lit. 6.*

466. Dispensatio verò est, quando salvâ legis obligatione ab eâ aliquis eximitur: hæcque nil ampliùs exigit, quàm justam causam adesse, quæ meritò ansam præbeat, ut per gratiam ac Dispensationem relaxetur legis obligatio: quâ relaxatione seclusâ verè lex in eo eventu obligaret.

467. Irritatio legis est impedimentum, seu cassatio legis, ne robur obligandi consequatur, ut, si legem à Civibus constitutam & Principis confirmatione indigentem, Princeps minimè confirmet, sed casset.

468. Abrogatio legis est, cum Princeps legem, postquam vim obligandi adeptam est, omninò annihilat.

469. Derogatio autem ex parte legem tollit, ut expressè habetur in *l. 102. de V. S. Sanchez. de matr. Sacram. d. Disp. 1. n. 1. Molin. de J. & I. tom. 5. disp. 57. n. 2. col. 3144.*

CAPUT IX. ET ULT.

DE

CONTRARIIS.

470. Absolutis jam Consentaneis Dispensationis, sequuntur ordine Dissentanea, quæ consistunt in contrariis, ut scilicet ostendatur, quibus modis prædicta Dispensatio vel planè fieri non possit, vel facta iterùm annihiletur. Vitiatur verò ea vel ex parte concedentis, vel ex parte impetrantis. Ex parte concedentis, variis iterùm modis, & I. quidem ex defectu potestatis diversimodè considerato.

471. Vel enim is apparet, & quidem principaliter in iis, quibus planè neque proprio jure, neque concessio, potestas hæc
dispen-



16
dispensandi competit, quâ ratione factam ab illis Dispensationem
pro infecta haberi, nullumque robur obtinere dicendum est. Petr.
Theodor. in Coll. crim. disp. 10. d. 7. lit. B.

472. Vel constat in iis, qui limitatam Dispensandi pote-
statem cum certis personis habent, velintque ultra determinatum
personarum numerum dispensare, quoniam ejusmodi potestas non
extenditur ultra concessionis limites. arg. l. ult. ff. de jurisd. l. 2. pr. S. l.
ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.

473. Vel etiam in iis, qui in impedimento juris divini, vel
naturalis dispensare conantur, veluti supplendo consensum in
utroque; vel alterutro contrahentium, vel concedendo matrimonium
jure divino prohibitum, cum ejusmodi nullitatis radicem ne Sum-
mus quidem Princeps auferre possit, ut supra in dispensatione cir-
ca matrimonialia à nobis dictum. Sanchez. de matrim. Sacram. tom. 3.
lib. 8. disput. 7. n. 8. & 10.

474. Vel denique in iis, qui contra legem, vel factum Su-
perioris dispensant: tunc enim Dispensationem irritam esse, nec
attendi debere, supra d. 281. monuimus, cum ejusmodi inferiores
personæ sese habeant ad legem Superioris, veluti Summus Princeps,
aut Pontifex ad legem DEI, adeoque in alienis bonis, alienaque
voluntate dispensare nequeant.

475. II. Invalida redditur Dispensatio, si justa causa, ob
quam aliàs concedi solet, abfuerit, ut supra Cap. VI. dictum; cum
& aliàs, causâ Dispensationis cessante, ipsa cesset Dispensatio. Va-
lasc. consult. 60. n. 9. Gutierrez. Canon. quest. lib. 2. c. 15. n. 132.

476. Scilicet, quando Dispensatio adhuc est in fieri, ita, ut
ex eâ jus nondum sit in perfecto esse: secus si jus perfectè quæsi-
tum ex causâ aliquâ: tunc enim cessante eâ, non statim cessat Di-
spensatio. Tiraq. in tr. cessante causa. n. 94. Cum ad ejus validitatem
sufficiat causam Dispensationis esse veram, & subesse tempore Di-
spensationis. German. Consil. tom. 3. consil. 3. q. 6. n. 13.

477. III. Quoque respectu concedentis irrita redditur
Dispensatio Revocatione, quia Dispensatio est quasi privilegium
concessum circa rem ipsius propriam: & sicut Summus Princeps
denuò lege illâ subditum obligare posset, ita maximè Dispensatio-
nem revocare potest, per quam à lege eximitur. Sanchez. d. lib. 8.
disp. 33. n. 11. Quemadmodum etiam legitimum ad illegitimitate-
nem, id est, ad priorem statum illegitimum, reducere potest: cum le-
gitima-

gitimationes de jure Civili sint. Afflict. decis. 128. num. 13. Tapat. in
comp. decis. tit. 448. c. 5.

478. Quod tamen non absq; gravissimâ causa incidente ac-
cipiendum est. Quemadmodum enim duratio Dispensationis pen-
det à legitimâ causa, ita, ut eâ cessante cesset: Ita etiam Dispensatio
pendet à revocatione rationi consentaneâ, facta à cōcedente ob le-
gitimâ causam supervenientem. Sanchez. d. loc. maximè etiam, cum
beneficia Principum non facilè retractanda sint. Nobilis, Amplif-
simus & Consultissimus Dn. D. Tabor d. tr. de oblig. success. in offic. c. 5.
n. 17. & 18. neque Dispensatio illusoria reddenda sit. Camill. Gallin.
de V. S. lib. 5. c. 19. n. 77.

479. Ex parte verò impetrantis impeditur Dispensatio I. ta-
curnitate qualitatis, quam jura specialiter exprimi jubent, ita, ut
eâ expressâ aut omninò denegaretur Dispensatio, aut saltem cum
aliquo moderamine concederetur. Sanchez. d. lib. 8. disp. 21. n. 79.

480. Ratio esse potest, quòd jura harum qualitatum expres-
sionem pro formâ exigant, ut suprâ sub causa formali indicatum,
quæ in omnibus actibus, etiam minimis, ad unguem est observanda.
l. 1. de liber. & posth. cap. motu proprio. 23. de præbend. in 6.

481. Quamvis verò in jure verbis expressis & specialibus
non inveniatur decisum qualitatem aliquam exprimendam esse, sa-
tis tamen hoc apparet, si id decisum invenitur, ne delictum aliquod
remittatur, neque in aliquo casu dispensetur. Eo enim ipso expri-
mitur mentem juris esse denegandi Dispensationem, nisi Princeps
in casu aliquo speciali, legitimâ causâ expressâ, & qualitate substi-
tente, velit Dispensare. Sanchez. d. disp. 21. n. 13.

482. Quod si autè quis quærat, unde dignosci possit, qualita-
tem conducere ad Dispensationem, vel ejus generis esse, ut, eâ expres-
sâ, Princeps gratiam non concederet? Et respondetur, id prudentis
arbitrio dijudicandum relinqui: quando nec ex jure, nec ex stylo
Curia, nec ex consuetudine Principis id constat. Tiraq. in tr. cessan-
te causa. limit. 1. n. 15. & 18. Menoch. lib. 2. A 1 Q. cent. 3. cas. 201. n. 29. Gu-
tierrez. Canon. Quest. lib. 2. c. 15. n. 44. & 49.

483. In dubio tamen magis in favorem actus, ut is valeat,
quàm pereat judicandum erit. l. 12. ff. de reb. dsb. l. 80. de V. S. & cap.
abbati. 25. de V. S. veluti etiam observatur in testamento, quando cir-
ca illius validitatem diversæ sunt Dd. opiniones. l. si pars 10. ff. de in-
offic. testam. Jas. ad l. 8. C. qui testam. fac. poss. n. 3. Sichard. ad d. l. 8. n. 10.
Boët.



Boët. decis. Burdegal. 23. n. 8. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 7.
Ampliss. & Excellentiss. Dn. Ludvv. in tr. de ult. volunt. part. gener. c. 2.

484. II. Redditur Dispensatio subreptitia ex falsæ causæ
impressione, nimirum, quando Princeps, eâ falsitate non expressâ,
gratiam minimè concederet: cum eadem ferè sit ratio falsi expres-
sionis, quæ taciturnitatis veri, cum in hâc virtute claudatur falsi
expressio, Dispensatioq; non aliter valida sit, quàm si preces veri-
tate nitantur, maximè in substantialibus, i. e. in iis, ex quibus Di-
spensatio pendet, ita, ut aliàs non concederetur. cap. 2. Extr. de rescr.
l. 5. C. si contra jus, vel util. publ. Petr. Theodor. in Coll. crim. Disp. 10. §. 7.
lit. B. Specul. de Dispensat. §. dicendum restat. vers. quid si & c.

485. Verb. gr. Si Papa dispensaret cum consanguineis, alle-
gatâ solâ copulâ pro causâ, & ea non esset habita, rectissimè Dispen-
satio fieret subreptitia.

486. Et hoc usq; aded verum est, etiamsi veritas precum in
Dispensationibus allegata probaretur falsis testibus, & postea con-
staret veritas, quòd nihilominus censeatur irrita Dispensatio, cum
fundetur in falsâ præsumptione. Sanchez. d. Disp. 21. n. 33.

487. Item, sive per ignorantiam, sive simplicitatem, aut per
fraudem, sive malitiam subreptio contingeret exprimendo falsita-
tem, dispensatio corrueat. cap. constitutus. 19. & c. super literis. 20. Extr.
de rescript.

488. Cum & aliàs dolus nemini patrocinetur, & non tan-
tum contractus bonæ fidei. l. & eleganter. 7. pr. ff. de dol. mal. §. 1. l. de
Except. l. 36. ff. de V. Oblig. (cum quadam tamen distinctione inter
dolum dantem causam contractui, & inter dolum in eundem inci-
dentem, ut videre est apud Vultej. l. 2. Jur. Rom. c. 4. n. 88. & seqq. Lo-
cam. q. iust. 290. Dn. Præl. in reb. quot. sect. 5. §. 33. per tot. & in not. lit. s.)
verum etiam sponsalia, nuptiasq;, si scil. insignis sit fallacia & magni
momenti, quæ prævideri atque caveri non potuit, annihilat. Cypr.
de jur. Conn. p. 1. c. 13. §. 58. Bargal. lib. 1. de Dol. c. 8. Besold. consil. 237. n. 57.
Köpp. O. 36. n. 20. Henning. Hamel. in comm. de action. c. 9. n. 32. Alberic.
Gentil. de nupt. lib. 3. cap. 4. & 5. C. l. A. lib. 23. tit. 2. §. 28. n. 3.

489. Tum etiam, quoniam in valore Dispensationis non
spectatur impetrantis culpa aut simplicitas, sed intentio conceden-
tis, à quâ vires sumit Dispensatio. Ergò quando concedens expressâ
veritate, aut non propositâ falsitate nullatenus concederet, corrueat
omnino concessio defectu intentionis concedentis. Sanchez. d.
loc. n. 56.

490. Quemadmodum jure quoque divino ex defectu intentionis rectè videmus fieri repudium, cum quis ignoranter de virginitate in uxorem duxerat. Deuter. 22. vers. 21. Matth. 1. vers. 19. Matth. 5. vers. 32. & c. 19. vers. 9. Lutherus tom. 4. lenens. German. tit. Antwort. D. March. Lut. auff ein Ehesach. ibi: Es geschehe dem Gesellen vnrrecht/ vnd ist nicht schuldig für Gott die Jungfraw zu behalten / dann er findet nicht was er gesucht hat. Et tom. 2. Germ. tit. von Ehelichens leben. p. 168. ibi: den Joseph lobet der Evangelist. Et in Colloquijs, tit. von Ehestand. p. 445. fac. B. Plurimum Reverendus atque Excellentissimus Dn. D. König. hoc tempore inclutæ Universitatis Altdorfinae quintum Rector Magnificus in Vindic. loc. theolog. loc. 36. Cum quibus consentiunt Jcti. Nobilis & Ampliff. Dn. Ludvv. ad l. 4. ff. de Sponsal. & Disp. 2. 9. 5. lit. B. arg. l. 11. §. 5. ff. de action. emti. l. 3. pr. l. pen. ff. ad SE. Maced. l. 9. pr. & §. 2. ff. de jur. & fact. ignor. Arnif. de jur. connub. c. 2. sect. 3. n. 9. Harpr. ad §. 11. l. de Nupt. n. 63. & seqq. Gerhard. Dec. 2. q. 7. Riemer. illustr. quest. Dec. 2. q. 6. Joach. Beust. de jur. connub. p. 2. c. 34. Schneidvv. de nupt. p. 4. n. 61. Ungepaur. Exercit. Iustin. 3. q. 8. Arum. Exerc. 2. 8. 15. Hunn. in resol. jur. lib. 1. tr. 3. q. 12. Speckhan. cent. 2. cl. 2. quest. jur. q. 7. & cent. 3. cl. 1. q. 8. Cypr. de jur. connub. p. 1. c. 13. n. 40. Köpp. O. 50. n. 19. & seqq. C. I. A. lib. 24. t. 2. 8. 10. Latè Henric. Rebelsträ/ decis. 15. §. & hac de primâ. p. 175. & mult. seqq. Berlich. 2. decis. aur. 299. n. 1.

491. Tertio corrumpitur Dispensatio, si quis à Principe restitutus fuerit cum hâc clausula Si imposterum quid simile perpetrarit, ipso jure concessâ gratiâ privatus esse & subjacere debet omnibus poenis, ei, tali gratiâ antea remissis. Tunc enim, si constiterit de simili delicto, ab illo patrato, Dispensatio planè sublata & deperdita censetur. Decian. in tr. crim. lib. 3. c. 35. nu. 84. Petr. Theodor. in Coll. crim. disput. 10. 9. 7. lit. B.

492. Denique etiam solvitur Dispensatio ex parte impetrantis Renunciatione, cum regulariter quilibet juri pro se introducto renunciare possit. l. 29. C. de pact. l. 51. C. de Episc. & Cler. Dn. Conrad. Rittersh. de differ. jur. Civ. & Can. lib. 3. c. 13. circa fin.

493. Puta expressâ: cum tacitâ introduci nequeat, quoniam nemo præsumitur suum jactare. l. cum de indebito. 25. pr. ff. de probat.

494. Cumq; odiosa ac stricta sit renunciatio, idè non adjuvanda erit per interpretationem. arg. l. cum quidam. 19. ff. de lib. posth. & cap. odia. de R. l. in 6. Dn. Conrad. Rittersh. in expos. Nov. p. 3. c. 6. n. 13.

495. Item, si Superior hanc Dispensationis renunciationem acce-



16
acceptaverit, quia omnis res, per quascunq; causas nascitur, per easdem dissolvitur, ut dissensum mutuū sponsalia dissolvere videmus. *Cypr. d. p. 1. c. 13. §. 12. Besold. cons. 8. 237. & 244. n. 7. & seqq. Gratian. tom. 5. disc. forens. c. 808. n. 18. & seqq. Cothm. resp. 10. n. 219. & seqq. Vol. 1. Finkelth. obs. 42. Köpp. O. 36. Fontanell. de pact. nuptial. cl. 12. Carpz. p. 4. Jurisp. sue constit. 24. def. 16. Wesenb. cons. 125. n. 13.*

496. Aliàs enim non obstante, quòd impetrationi contradixerit, vel post consecutionem renunciaverit, poterit eà Dispensatione, mutatà deinde voluntate, uti. *arg. cap. licet. 7. de procur. in 6. Sanchez. d. lib. 8. disp. 32. n. 2.*

497. Et tantum etiam de hâc materia pro ingenii tenuitate dixisse sufficiat, ubi tamen Coronidis loco hâc circa contraria apponenda duximus, quòd nimirum sub- & obreptio rectè vitient Dispensationem, nisi certæ clausulæ in instrumento apponantur. Viti enim harum vitia sub & obreptionis locum habere nequeunt, ut de clausula: **MOTUS PROPRII** communiter statuunt *Dd. Scacc. de jud. lib. 1. c. 64. n. 14. Gratian. tom. 3. disc. forens. c. 421. & tom. 4. c. 624. n. 22. Cum concessionem maximè favorabilem reddat. Decian. resp. 41. num. 12. Vol. 2.*

498. Quod ipsum quoq; asseritur de clausula: **EX CERTA SCIENTIA**, quòd nimirum, eà appositâ, omnes defectus in dispensatione rejecti cenentur. *Coler. consil. 1. n. 186. Wehner. in Observ. Pract. ad vocab. Wissenlich.*

499. Cum omnem errorem excludat. *Cothm. resp. 4. n. 351. Vol. 4. Factumque ex certâ scientiâ revocari nequeat. Curt. Jun. consil. 174. n. 10. Nec disputari debeant, quæ à Principe ex certâ scientia fiunt. Schurf. consil. 53. n. 10. cent. 2. Myns. resp. 49. n. 11. dec. 5.*

500. Et denique etiam de clausula: **NON OBSTANTE**. *Martha. p. 1. clausul. cl. 79. n. 1. cum ob hanc clausulam semper de voluntate Principis constare dicatur. Trentacinq. lib. 1. de rescriptis. resolut. 6. n. 13. & seqq.*

LÆTUS QUOD COEPI, QUONIAM NUNC FINIS LÆTUS
RESTAT, UT EXSOLVAM DEBITA VOTA DEO
SIT TIBI SANCTA TRIAS, DISPENSATRIXQUE BENIGNA
PRO TANTO AUXILIO, GRATIA LAUS ET HONOS.

I 3

Ad



Ad eximium Dominum Saxonem

DE DISPENSATIONIBUS PUBLICÈ & solenniter differentem,

Schedium:



Dispensat DEUS inter nos sua munera largè,
Ut compensemus munera muneribus.
Id tecum expendens, Saxo doctissime, non vis
Credita sub sterili condere dona solo.

Sed geminum foenus tua parturuisse talenta

Discupis & Domino complacuisse tuo.

His æquaturus placito consueta labori

Præmia, lucranti plurima, plura dabit.

Ipsa etiam pariles meritis expendet honores

Astræa eximiis ausibus usque favens.

Ergò tibi hanc mentem vigili sub pectore servet,

Ultrò qui tribuit munera tanta, DEUS.

S.

Johan-Otto Tabor. D.

Eximio Domino Respondenti,

DE DISPENSATIONIBUS, CUM QUA EX
gratiâ; tum quâ ex justitiâ disputanti.

QUòd dispensatur facit INDULGENTIA Regum,
Verùm & JUSTITIÆ munus id esse solet.
Quod Themis alma suos tibi spondet SAXO favores,
GRATIA nulla facit, JUSTITIA una facit.

*Boni ominis ergò
accins*

PRÆSES.



16
EXpetis à nobis, SAXEN DOCTISSIME! Carmen,
Quo precer, ut Thesisibus sint bona fata tuis.
Debeo plura TIBI longè, per AVUMQUE PATREMQUE
Qui de me multum promeruerè, TUOS:
Tu meritis patriis cumulum, ut non degener hæres,
Addis, ut ex multo debitor ære siem.
Non sum solvendo fateor. Sed, quæso, volenti
Succurrant scripti lemmata docta tui.
Si faciam satis haud ex asse, feratur idipsum
Acceptum. In magnis vel voluisse sat est.
DISPENSARE in praxi mecum, ceu dogmate tradis.
DISPENSARE, satisfiat ut inde Tibi.
Ex æquo atque bono nostrum, rogo, suscipe votum,
Quo STUDIIS OPTO PROSPERA FATA TUIS.

Joh. Nebhan/Jurisprud. D. & Prof. Ordin.

Conveniunt leges horrendaq; Saxa rigore
Nomine sat produnt duritiemque suam;
Mitiget hæc eadem qui lenimenta parabit.
Saxa cauant guttæ, gratia jura regit.
Hinc quia dispensas rigido cum jure quod æquum
Gratia plura tibi quam Rigor usque feret
Munera, queis olim dives multumque beatus.
Haudquaquam rigidus SAXO vocandus eris.

Joh. Adamus Schragius, J. U. D.

Felix qui didicit placidam componere vitam,
Et placido placidas claudere sine dies:
Hic fama securus agit: non maximus optat
Non minimus dici: sed latuisse placet.
Fallimur at miseri, nam tendit ad ardua virtus,
Vita quietas satis quando quietas parum
Non bene flamma latet: Sic nec vis ignea mentis:
Non placet obscuro dilatuisse loco.
Hoc quoque Saxo probas: nam sic tua vivida virtus
Altius intendit, scandere pergit ea.

Afferat.

*Affera contemnit: Solis nam vivitur ævum
Et charta & calamo: Cætera mortis erunt.*

*In gratiam Præcellentis Dn. Respondentis
festinanti calamo adjecit*

Fridericus Deckherr. J. U. D.

Villicus, assiduo sua pingua rura labore
Qui colit, & curam nocte dieque gerit,
Lætâ messe graves hilaris resecat aristas,
Quas illi magno fœnore reddet ager.
Sic, Saxi, quem non superat mihi carior alter,
Musarum campos sedulus arte colis:
Hoc satis ostendit tua dissertatio docta
Quâ monstras, quando gratia danda foret.
Hinc in-messe-geres maturas ruris aristas,
Sed puto, quæ confert, præmia sacra Themis,
Talia mente geres hilari, lætaberis ore,
Utu gaudebis, non sine laude, tuo.

*Amica congratulationis ergò adjecit Eximio
Dn. ConVictori suo*

Sigismund-Fridericus Scheidius, J. U. D.

Qui fortes hostis dirum fregere furorem,
Quorum ope ditatur spoliis Libitina cruentis,
Decedunt, cedunt Mavortia signa laboris
Præmia militibus, tandemque corona sequacis
Graminis his lambit, statuamque obscurat honorem.
Sed qui Castalio distendit pectora fonte,
Nec refugit timidus Iuris sulcare profundum
Oceanum, huic sacrâ splendescunt tempora lauro,
Cantatum nullo positura Memoria seculo
Nomen tutatur. Digna hæc Te præmia SAXI
Nonnè parat Themis alma? Parat: gratamur Amici,
Hanc dispensando pugnam, Cordate, capeßis,
Non dispensando victor sine cæde recede.


*Amoris ergò f.
Amici Commensales.*

F I N I S.

X 2615944

WOM







RIDICA

15

ONIBUS,

1648, 1.

NUMINE

NSULTISSIMO
SSIMO

BICCIO,
O, INCLUTÆ
TORATENSIIUM
co gravissimo,

uo sempiterno honoris
equendo,

GRATIA,
mittit

HIOR SAX,
NSIS.

ATI,

PPI MÜLBI,
APHL.

